
Vita ss. Leandri, Isidori Hispalensis, Fulgentii Astigitani et Braulionis Caesaraugustani ep. (BHL 4810)

Editio princeps

Avertissement

Le contenu de ce site relève de la législation française sur la propriété intellectuelle et est la propriété exclusive de l'éditeur.

Les œuvres figurant sur ce site peuvent être consultées et reproduites sur un support papier ou numérique sous réserve qu'elles soient strictement réservées à un usage soit personnel, soit scientifique ou pédagogique excluant toute exploitation commerciale. La reproduction devra obligatoirement mentionner l'éditeur, le nom de la revue, l'auteur et la référence du document.

Toute autre reproduction est interdite sauf accord préalable de l'éditeur, en dehors des cas prévus par la législation en vigueur en France.



Revues.org est un portail de revues en sciences humaines et sociales développé par le CLEO, Centre pour l'édition électronique ouverte (CNRS, EHESS, UP, UAPV).

Référence électronique

, « *Vita ss. Leandri, Isidori Hispalensis, Fulgentii Astigitani et Braulionis Caesaraugustani ep. (BHL 4810)* », *e-Spania* [En ligne], 4 | décembre 2007, mis en ligne le 12 juin 2009. URL : <http://e-spania.revues.org/index2472.html>
DOI : en cours d'attribution

Éditeur : SEMH-Sorbonne

<http://e-spania.revues.org>

<http://www.revues.org>

Document accessible en ligne à l'adresse suivante : <http://e-spania.revues.org/index2472.html>

Document généré automatiquement le 01 octobre 2009. La pagination ne correspond pas à la pagination de l'édition papier.

© e-Spania

Vita ss. Leandri, Isidori Hispalensis, Fulgentii Astigitani et Braulionis Caesaraugustani ep. (BHL 4810)

Editio princeps

1 INCIPIT PROLOGUS DE VITA BEATORUM LEANDRI, YSIDORI ARCHIEPISCOPORUM YSPAENSIIUM,
FULGENTII CARTAGINENSIS ARCHIEPISCOPI ET BRAULIONIS CESERAUGUSTANI EPISCOPI,
QUI FUERUNT FRATRES ET NATI EX PARENTIBUS, UIDELICET REMIGILDO¹ REGE, FRATRE
REGIS FRANCIE NOMINE LUYBA, ET MATRE THEODOSIA, FILIA SEUERINI DUCIS PROUINCIE
CARTAGINENSIS, QUI FUIT FILIUS THEODORICI REGIS GOTORUM.

2 (§1) Incipit prologus beati Gregorii Pape².

3 (§2) Intencio³ quidem una est nostra et eorum, qui ante nos fuerunt, studiosorum et sanctorum
uirorum memorabilis⁴ uite⁵ narratione : ut in omnibus quedam immitacio pia et utilitas
ex hoc fiat, gloria autem et magnificentia sancte et adorande Trinitatis refferatur et in
hoc sicut et in omnibus, que semper in generacione et generacionem propria luminaria
ostendit ad illuminandos *qui in tenebris et in umbra mortis sedent*⁶. (§3) Peccati plerique ad
scribendum, sollicitante materia uberiore, intellectu producti sunt. Dum multiplices sensus
locupleta<n>t<ur>⁷, creduntur eorum ingenia. (§4) Quoniam⁸ uero, amici karissimi, non ualde
miramur qui ante generacionem nostram fuerunt uiri. In Deo placita conuersacione uixerunt,
sed de diabolica operacione illos sermones semper dicimus ad alterutrum : quia sub uiris qui
ante nos fuerunt non erat ita iniquitas hominum multiplicata, sicut⁹ modo [in qua]¹⁰, ut predixit
Diuina Scriptura : *Eoque habundauit iniquitas, refrigescit caritas multorum*¹¹.

4 (§5) Ideo non ualemus ad eorum consurgere meritum. Nam¹² illustrissimorum uirorum
Leandri, Fulgentii, Ysidori et Braulionis episcoporum uitas gestaue¹³, uel ex aliqua parte,
dicturus incutitur pro doctrine numerositate trepidacio<ne>¹⁴, et sicut solis splendor, humanis
illatus obtutibus, ebetata oculorum acie, lu[culorum acie lu]men¹⁵ confundit ex lumine.
(§6) Nam animi mei infirmitas oblatum preconiorum cumulum, quem implere non potest,
expauescit. Sed rursus intra sedem pectoris mei contencio alterna confligit : hinc resistit
impossibilitas consciencie, illinc commemorari aliqua uel proferre et religionis contemplacio
et exempla compellunt, que agnitioni et profectu[r]i¹⁶ hominum impie per obductum silencium
subtrahantur.

5 (§7) Huius¹⁷ rei gratia ad sanctorum uirorum uite¹⁸ narrationem uenimus, ad
obsten<den>dum¹⁹ eciam diebus nostris, uolentes et, proposita suorum cogentes,
excellenciores nobis demonstrare et angustam²⁰ et artam uiam posse incedere et obstruere²¹ os
loquencium iniqua et anime noxios intellectus. Idcirco malui uerecundiam meam negligere
quam uirtutes diuinas usquequaque obliuioni tradere. (§8) Excusat materia doctorem et,
cum uerborum adiectio displicuerit, sensus placabit. Nec uereor peruasorem me huiusmodi
ministerii iudicandum : tanta enim iam temporum fluxere curricula²² ut, obscurata per
silencium, uix colligatur agnicio. (§9) Et uere maluissem relatores tantorum bonorum uirorum
alios potius quam me fuisse, quia quicumque illi me fuerunt digniores. Quod quia non contigit,
me malo esse aliquem quam neminem.

6 (§10) Iam²³ quedam et alii ante me optima atque excellentissima²⁴ † de horum²⁵ sanctorum
patrum philosophia †, potentes existentes in opere et sermone. Dico enim Leandrum,
Fulgencium, Ysidorum et Braulionem, Dei cultores et amatores uirtutis et pietatis
propagatores. (§11) Actamen, quamuis tales essent de dignitate et merito, studium non est
nostrum relinquere, ut non referamus, quia, quod nonnulli agricole studiosi uineam uberam et
fructuosam uue deliberantes (nam relinquunt utique ex fructu benedictionem, eciam nolentes,

retro sese sequentibus egenis eligentibus uineam, ex quibus et nos sumus minimi), nam et omnes sancti isti, quamuis omni fortitudine sua fructiferam hanc oliuam que in domo Dei, ut ait psalmista²⁶, plantata est, propter multiplices reuera oliuas que in ea sunt, zelo Dei uindemiare studuerunt, attamen latuit eis multus²⁷ ol<i>ue²⁸ fructus, Domino dispensante et nostram uilem et frigidam alacritatem suscipientem, ut Dominus²⁹ uidue minutam.

7 (§12) Non³⁰ enim illis detrahentes, neque qui possumus eorum a Deo donatam sapienciam inimitari, iusta³¹ gesta scripture tradere festinauimus. Sed ideo quidem : uel quod ut intelligimus non iustum esse ea, que possunt utilitates audientibus facere, silencio occultare, ne et nos incidamus in iudicium³² serui illius qui talentum in terra abscondit ; secundum autem, quod in hac narratione nostra correcciones et delectabiles ystorie conscribantur, et que scripte sunt ab optimis uiris in laudibus sanctissimorum reuera et beatissimorum Leandri, Fulgentii, Ysidori et Braulionis antistitum, acceptentur. (§13) Deinde uero, quia sapientes et potentes in sermone sunt, amatores erant hystorie, sapienter et sublimiter materias depinxerunt. Quod maxime et per amplius erexit nos ad presentem sollicitudinem, ut, eo qui est³³ nobis³⁴, pedestri, deformi humilique caractere enarremus, ut possit et ydiota et sine literis³⁵ de hiis que dicuntur proficere.

8 (§14) Explicit prologus.

9 (§15) Prologus beati Gregorii Pape.

10 (§16) Sanctorum quidem ac propensiori cultu[m] <et>³⁶ reuerencia uenerandorum patrum gesta cauta deliberacione prisci³⁷ fideles decreuerunt multimoda prosequcione celebrare celebrantesque tota mentis deuocione uenerari. Sic enim laus Dei, per illos operantis et in illis regnantis, latius diffunditur atque mentes auditorum, tante uirtutis opinione percepta, ad bene uiuendi cultum ardentius incitantur. (§17) Maiorum³⁸ siquidem ymagine suorum quondam gentiles erigebant³⁹, ea uidelicet intencione : ut, eas etatisuenturae posteritas intuens, ad uirtutis appetitum glorieque consequencionem animum feruentes⁴⁰ applicare niterentur. Quanto magis ergo Christianorum deuotio, precedentium patrum facta sibi sepius representans, in illis oportet uelut quibusdam speculis ut sese preuidendo cognoscant.

1. De successione Leuigildi fratri suo, Luybe⁴¹

11 (§1) Igitur⁴² cum temporibus Iustiniani imperatoris Romani Athanagildus, rex Gotorum, Toleti propria morte decessisset et regnum Gotorum sine principe uaccasset mensibus V, successit nouus rex in Gallia apud Narbonam, Luyba nomine, et regnauit annis tribus. (§2) Qui, secundo anno postquam adeptus est principatum, Leuigildum fratrem non solum successorem, sed et participem regni fecit et Yspanie amministracioni prefecit, ipse⁴³ Gallie regno contentus. Sicque regnum duos cepit, dum nulla[e] potesta[ti]s⁴⁴ paciens sit consortis. (§3) Huic autem unus tantum annus in ordine temporum reputatur, reliqui Leuigildi fratri anumerantur.

2. De matrimonio Leuigildi cum Theodosia, filia ducis Cartagenensis⁴⁵, et de filiis eorundem

12 (§1) Duxit⁴⁶ autem Leuigildus uxorem nomine Theodosiam, filiam Seueriani, ducis prouincie Cartagenensis, qui fuit filius Theodori<ci>⁴⁷, regis Gotorum.

13 (§2) De qua procreati sunt precipue magne quatuor colonne Ecclesie et tocius fundamentum fidei, ita quod ex ea habuit, s<c>ilicet⁴⁸ : Leandrum Yspalensem archiepiscopum, Fulgencium Astoricensem⁴⁹ episcopum, postea Carthaginensem archiepiscopum, Hysidorum Yspalensem archiepiscopum, Braulionem Cesaraugustanum episcopum ; et alios duos, s<c>ilicet⁵⁰: Herminigildum martirem, quem pater securi percussit, et Recaredum, qui post eum regnauit ; et unam sobolem, Florentinam, que mater fuit fere XL^a monasteriorum sanctarum uirginum, fere milium monachorum.

3. De regno Leuigildi, et de bellis que fecit et de regnis et ciuitatibus quas ipse cepit

- 14 (§1) Iste⁵¹ Leuigildus, anno XII regni sui, ampliare regnum cupiens bello et augere opes, militibus instituit. Studio eius et exercitus illius concordante, fauore uictoriarum multa preclara sortitus est. Cantabros namque ipse obtinuit et regiam ciuitatem, que Cesaraugusta dicitur, ipse cepit. Sabaria omnis ab eodem uicta⁵² est⁵³. Eciam armis eius plurime⁵⁴ rebelles Hyspanie ciuitates imperio eius cesserunt. Fudit quoque diuerso prelio milites et quedam castra ab eis dimicando cepit. A portu⁵⁵ Aspe usque ad mare Oceanum ciuitates gladio prostrauit et cepit et eas Christiane fidei subiugauit. Ciuitates metropolitanas, quas gladio suo prostrauit, iste sunt, uidelicet : Valenciam, Terragoniam, Cesaraugustanam ciuitatem, Brachanam⁵⁶, Cartaginensem et ciuitatem Toletanam. Sanctum Iacobum Hyspalensem cum omnibus sibi adiacentibus ciuitatibus, uillis, uiculis⁵⁷ et castris, per XX⁵⁸ annos peruagando, cepit.
- 15 (§2) Fiscum⁵⁹ <quo>que[m]⁶⁰ ipse primo locupletante primusque erarium de rapinis ciuium hostiumque manibus ausit auarus. Primusque inter suos, regali ueste coopertus, resedit in solio, nam ante eum solium et habitus et gressus regis communis sicut plebi sic erat regi. Condidit eciam ciuitatem in Celtiberia, qua<m>⁶¹ ex nomine filii sui Recaredi Recapolim apellauit⁶². Sed⁶³, transmissis a se ad studium filiis, obfuscauit in eum error impietatis gloriam tante uirtutis.
- 16 (§3) Denique⁶⁴, arriane perfidie furore repletus, in catholicos persecucionem mouit, Mausonam Emerite<n>sium⁶⁵ sanctissimum episcopum et alios plurimos exilio relegauit, ecclesiarum redditus et priuilegia tulit multosque hereticos arriana pestilencia ampliavit, plerosque sine persecucionem illecto auro rebusque decepit. Ausus quoque inter cetera heresis sue contagia catholicos rebaptizari fecit, et non solum ex plebe, sed eciam ex sacerdotalis ordinis dignitate.
- 17 (§4) Extitit⁶⁶ etiam quibusdam suorum perniciosus, nam quoscumque nobilissimos aut pote<n>tissimos⁶⁷ uidit, aut capite mutilauit aut, opibus ablati, proscripsit et in exilium relegauit. Sed⁶⁸ nuper Erminigildus filius eius ab arriana heresi ad catholicam fidem, uiro reuerentissimo fratre suo Leandro, iam Yspalensi episcopo, predicante, conuersus est.
- 18 (§5) Quem⁶⁹ pater arrianus, ut ad eandem heresim rediret, et premiis suadere et minis terrere conatus est. Cumque ille constantissime responderet numquam se ueram fidem relinquere quam semel agnouisset, iratus pater eum priuauit regno rebusque omnibus expoliavit. Cumque ille nec sic⁷⁰ uirtute<m>⁷¹ mentis illius emollire ualuisset⁷², in ciuitate Hyspalim in arcta illum custodia concludens, collum manusque illius ferro ligauit. Cepit itaque idem Erminigildus rex iuuenis terrenum regnum despiciere et, forti desiderio celeste querens regnum, in ciliciis iacere uincolatus⁷³ omnipotenti Deo ad confortandum se preces effundere, tantoque sublimius gloriam transeuntis mundi despiciere quanto⁷⁴ religatus agnouerat nil fuisse quod potuit sibi pater auferre.
- 19 (§6) Superuenienti⁷⁵ autem paschalis festiuitatis die, intempeste⁷⁶ noctis silencio, ad eum perfidus pater arrianus episcopum misit ut ex eius manu sacrilege consecracionis comunem perciperet atque per hoc ad patrisgratiam redire mereretur. Sed uir Deo deditus arriano episcopo uenienti exprobauit, ut debuit, eiusque a se perfidiam dignis increpacionibus reppulit, quia, etsi exterius iacebat ligatus, apud se tamen in magno mentis culmine stabat securus.
- 20 (§7) Ad⁷⁷ se⁷⁸ itaque reuerso episcopo arriano, pater infremuit, statimque suos apparitores misit qui constantissimum confessorem Dei illic, ubi iacebat, occiderent. Quod factum est idus Aprilis. Nam mox ut ingressi sunt, securim cerebro illius infingentes⁷⁹, uitam corporis abstulerunt hocque in eo ualuerunt perimere, quod ipse quoque, qui peremptus est, in se constituerat despexisse.

21 (§8) Sed⁸⁰ pro ostendenda uera eius gloria, superna quoque non defuere miracula. Nam coepit⁸¹
in nocturno silencio psalmodie cantus ad corpus eiusdem regis et martiris audiretur⁸², atque
ideo ueraciter regis quia martiris. Quidam eciam fuerunt⁸³ quod illis⁸⁴ nocturno tempore
accense lampades apparebant. Vnde factum est quatenus corpus illius, ut uidelicet martiris,
iure a cunctis fidelibus uenerari debuisset.

22 (§9) Pater⁸⁵ uero eius perfidus et filicida⁸⁶, commotus penitencia, hoc fecisse se doluit, nec
tamen usque ad optinendam salutem peruenit. Et quia uera esset catholica fides agnouit, sed
gentis sue timore perterritus ad hanc peruenire non meruit.

23 (§10) [Quia]⁸⁷ Postremum⁸⁸ bellum Suauis⁸⁹ intulit regnumque eorum in ius generis sui mira
celeritate⁹⁰ transmisit et magna parte sue gentis potitus suum regnum, nam antea⁹¹ gentes
Gothorum angustiis finibus arthabantur⁹².

24 (§11) Qui⁹³, oborta⁹⁴ egritudine, ad extremum eciam perductus est, et Leandro episcopo filio
suo, quem prius uehementer afflixerat, Ricaredum regem filium suum, quem relinquebat,
comendare curauit, ut in ipsoquoque talia faceret, qualia in fratrem ipsius suis exortacionibus
fecisset. Qua uidelicet commendacione expleta, defuntus est sub era DC^a XXVII^a in urbe
Toletana, cum regnasset annis XV.

4. De successione regis Recaredi post mortem patris sui Leuuigildi

25 (§1) Post⁹⁵ cuius mortem Recaredus rex, non patrem perfidum, sed fratrem et martirem
sequens, ab arriane heresis prauitate conuersus est totamque ussigotorumgentem ad ueram
perduxit fidem, ut nullum in regno suo militare permiteret, qui regno Dei hostis existere per
hereticam perfidiam non timeret.

26 (§2) Nec⁹⁶ mirum quod uere fidei predicator factus est qui frater est martiris, cuius quoque
hunc merita adiuuarent ut ad omnipotentis Dei gremium tam multos reduceret. Qua in re
considerandum nobis est quia totum hoc agi nequaquam potuisset, si Erminigildus rex pro
ueritate mortuus non fuisset. Nam sicut scriptum est : *Nisi granum frumenti cadens in terra
mortuum fuerit, ipsum solum manet ; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert*⁹⁷, hoc
fieri uidemus in membris, quod factum scimus in capite. In ussigotorum eciam gente unus
est mortuus ut multi uiuerent, et dum unum granum fideliter cecidit ad optinendam fidem,
animarum seges multa surrexit.

5. Qualiter Recaredus arrianam heresim ab Yspania extirpauit et ibidem fidem catholicam restituit

27 Tunc Recaredus ita moderate⁹⁸ agere cepit ut, ulcione contenta⁹⁹, tam catholicos in Ecclesia
et fide catholica restitueret, quo fide<s>¹⁰⁰ recta absque predicacionis impedimento proficeret.
Omnes episcopos hereticos condempnauit et in extremas partes in exilium misit.

6. Qualiter rex Recaredus, consilio Leandri fratris sui, Ysidorum, Fulgencium, Braulionem fratres suos a studio reuocari fecit

28 (§1) Nunc consilio fratris sui Leandri Hyspalensis archiepiscopi, Fulgencium, Ysydorum et
Braulionem ab scolis reuocauit. Ita¹⁰¹, Deo docente, in breui tempore in tantamdiuinarum
humanarumque rerum erudicione ac sciencia uenirent, ut scole ecclesiastice in Hyspanis
doctores existerent in greco, syro, hebrayco, arabico, barbarismo, egipcio, latino, romano,
et in cun<c>tis¹⁰² septem liberalibus¹⁰³. Ipsorum sciencia admodum probat : siue gramatice,
dialectice, geometrie, astronomie quoque arismetice disputacionibus ita essent parati, ut
nullus umquam philosophorum, aliqua ex hiis artibus proponens, obtinuit contra eos uel
concludere nequiuit, sed statim ut responsiones eorum acciperet, magistros eos eciam, de
quo¹⁰⁴ proposuissent, crederet discipline.

29 (§2) Sed quod mirabile est : cum¹⁰⁵ in tantarum rerum doctrina crearentur atque semper in omni
agone persecucionis positi¹⁰⁶, artioribus uinculis se abstrinxerunt continencie, et ad utilitatem
atque instruccionem Ecclesie iugiter uerbo Dei nobiliter insisterent satisque uigilanter erga

doctrinam Ecclesie desudarent, qui quidem eloquencia¹⁰⁷, quam ante habebant, summa prudentia¹⁰⁸ indagarunt.

30 (§3) Erantque uultu amabiles, mites aspectu, opere iusti, cultu uenusti, corpore inmensi, animo iusto proceres et rebus regendis utiliter ydonei, et honesti habitu omnimode uidebant¹⁰⁹. Forma pulcherrimi, specie decori, statura proceri, corpore casti, mente deuoti, amabiles aspectu, prudentia pediti, temperancia clari, in interna fortitudine firmi, longanimitate assidui, paciencia robusti, humilitate mansueti, mansuetudine humili, caritate solliciti, spe longanimes¹¹⁰, uigiliis solliciti, oratione assidui, doctrina benigni, sermone uerissimi, loquione facundi, consilio prudentissimi, in nulla¹¹¹ mundi compede cathenati, in internos largitate diffusi, in obsequiis seruorum Dei parati, in aduersis¹¹² more synapis fortissimi, in temptacione tutissimi, in hospitalitate letissimi, inter obprobria securi, inter odia benefici. Nichil¹¹³ poterat inuenire¹¹⁴ in eis humani generis inimicus uel qua fraude deciperet uel qua simulacione diffuscaret.

31 (§4) Quid¹¹⁵ plura loquendo inmoror ? In omni conuersacione sua, quasi Lucifer in astra refulgens, instar magne lampadis micabant, quoniam Rex regum, homo Christus Ihesus, elegerat milites, qui, quasi¹¹⁶ agni maⁿsuetissimi¹¹⁷, contra inmanissimas bestias¹¹⁸ heresum¹¹⁹ duxerant legiones : *Ecce, inquit*¹²⁰, *ego mito uos sicut agnos inter lupos*. Sicque uiri Dei¹²¹, Spiritu Sancto facti bellatores fortissimi, milites legitimi, signiferes egregii, scuto fidei protecti, lorica iusticie induti, verbo Dei fortiter accincti, galeis salutaribus cooperti, in preparacione Euangelii pacis calciati, in prelium publicum contra hostes antiquos processerunt, omnia tela nequissima eorum contriuerunt, de manu¹²² mortis eripuerunt multos et spolia multa, uictis hereticis, in Christi Ecclesia deportauerunt.

32 (§5) Isti sunt veri Dei cultores : qui Christi Ecclesiam sua doctrina et predicacione plantauerunt, magna humilitate eam honorauerunt, vera caritate eam excoluerunt, uerbipredicacione ampliauuerunt, superne perpetue salutis rore iam irrigauerunt, in diuini Verbi eloquencia per eorum irrigacionem in plurimis plurima dederunt incrementa.

7. De priuilegio bonitatis Recaredi et quia¹²³ isti sancti tempore Gregorii fuerunt

33 (§1) Recaredus, anno primo regni sui, leges¹²⁴ et decreta que ab Enrico¹²⁵ uidebantur incondite [et eius]¹²⁶ constituta correxerat studio uigilanti, plurimas leges pretermittas addiciens, plerasque superfluas coram fratre suo Fulgencio et Papa Gregorio resecauit.

34 (§2) Erat enim Recaredus satis¹²⁷ strenuus in armis satsique fortunatus. Inerat ei sciencia literarum multa, eloquio clarior, statura mediocris, profundi animi, sermone et eloquio clarus et prudens, ira tardus, sapiencia¹²⁸ habendi cupidus. Erat enim in eo grauis serenitas et summa grauitas, matura leticia et leta maturitas, iocunda temperancia et temperata iocunditas. Iocis maturus, risu modestus, serenitate grauida, leticia uerecunda, elegans corpore, specie decorus, pulchrior aspectu, uultu amabilis¹²⁹, mitis aspectu, opere iustus, corpore inmensus, mente deuotus, forma pulcherrimus, prudentia peditus, temperancia clarus, iusticia summus, in iudicio mansuetus, in interna fortitudine firmus, longanimitate assiduus, paciencia robustus, humilitate mansuetus, karitate sollicitus, spe longanimis¹³⁰, et ab ipsis sue infancie rudimentis ut fateretur Christum¹³¹ amplius quam negaret, et indiuiduam Trinitatem, que Deus est, mentis integritate confiteretur. Et per eius astuciam et industriam et sapienciam destruxit aduersarias heresum¹³² prauitates, et tota gens ussigotorum ad Christum conuersa est.

35 (§3) Iam uero¹³³ in uerbis et in confabulacione eius, quanta grauitas, quanta dignitas erat ! Quam alacer, quam efficax, quam in exsoluendis questionibus promptus et facilis ! Erat¹³⁴ enim cultu peditus¹³⁵ religionis et paternis moribus longe dissimilis. Nam¹³⁶ pater illius inreligiosus et bello promptus, hic fide pius et pace preclarus ; ille arrianorum hereticorum bellis imperium dilatauit, hic gloriosus eandem gentem tropheo fidei extirpauit¹³⁷. In ipsis enim

regni sui exordiis per Leandrum et Fulgencium in fide catholica instructus et institutus, tocius Gotice gentispopulum incultum, et erroris labe detera, ad cultum recte fidei reuocauit.

36 (§4) Egit¹³⁸ eciam gloriosum bellum aduersus infestas gentes, fidei auxilio subleuatus. Francos¹³⁹ enim, LX^a ferme milibus armatorum Galliam¹⁴⁰ Gothicam irruentibus, missum aduersus eos Emerentensium¹⁴¹ ducem cum Celtiberiorum genere, gladio prostrauit et glorioso triumphauit euentu[m]¹⁴². Nulla unquam in Hispaniis Gotorum uictoria uel maior uel similis inuenitur. Prostratis enim et captis multis hostium, residua¹⁴³ pars exercitus in fugam uersa, Gotis sequentibus usque in regni sui finibus, cesa fugit¹⁴⁴. Sepe etiam contra Romanos et insolencias et irrupciones Vasconum plurima bella gloriose peregit. Vnde non magis bella attractasse quam gentes, quasi in ludo palestre, pro usu utilitatis uidetur exercuisse. Prouincias autem, quas pater bello acquisiuit, iste pace pacifice conseruauit, equitate[m]¹⁴⁵ disposuit, moderamine rexit.

37 (§5) Fuit¹⁴⁶ autem placidus vultu, largitor, egregie bonitatis, tantamque in uultu gratiam habuit et tantam in animo benignitatem ut, omni<um>¹⁴⁷ mentibus influens, eciam malos in sui amoris reuerenciam conseruabat ; adeo liberalis, ut opes priuatorum et ecclesiarum predia, que paterna labes fisco adduxerat, iuri proprio restauraret ; adeo clemens, ut tributa populi indulgendo sepius relaxaret. Multos eciam ditauit rebus, plurimos honoribus sublimauit, opes suas in miseris, tesuros in egenis recondens, sciens ad hoc illi fuisse regnum collatum : ut eum salubriter frueretur.

38 (§6) Bonis¹⁴⁸ iniciis bonum finem adiunxit : fidem enim recte glorie quam initio regni percepit, nouissime publica confessione et penitentia consumauit. Accepit autem uxorem ex partibus Britannie Helladum, filiam regis Artus, de qua genuit filium nomine Luyba[y]m¹⁴⁹.

8. De concilio Toletano tercio, ubi de mandato domini Gregorii Pape conuenerunt lx^a episcopi et in quo concilio fuit extirpata arriana heresis, presidente Recaredo, et fuit ibi electus Braulius in episcopatum Cesaragustanum

39 (§1) Anno¹⁵⁰ iiii^o regni sui, idus May, terciam toletanam synodum celebravit, et LX^a duos¹⁵¹ episcopos ad condempnationem arriane heresis de diuersis Gallie et Hyspanie prouinciis in urbe regia congregauit. Quorum concilio¹⁵² idem gloriosissimus princeps interfuit, gestaque eorum presencia sua et subscripcione firmavit, abdicans cum omnibus suis perfidiam paganorum et Iudeorum et Arrianorum, quam usque hodie populus Gotorum ab Arrio didicerat, suadente et predicante trium personarum Vnitatem, unum Deum, Filium a Patre consubstantialiter genitum, Spiritum Sanctum inseparabiliter a Patre et Filio procedentem, et esse amborum unum spiritum, unde et unum sunt.

40 (§2) Et inter¹⁵³ secundam synodum sub Montanum¹⁵⁴ et istam fuerunt XL^a duo anni. Et hec fuit sub Eladio archie[ep]iscopo¹⁵⁵ Toletano, et interfuerunt episcopi ex partibus Ytalie missi a domino Papa Gregorio : Castorius¹⁵⁶ Amiternensis Ecclesie episcopus, Albinus Teatinensis episcopus, Marcellinus Anconitanus episcopus, Bonifacius Feretinus episcopus, Fortunatus Tudertunensis¹⁵⁷ episcopus, Paulinus Nolanus episcopus, Dacius¹⁵⁸ Mediolanensis archiepiscopus, Sauinus Canusinensis¹⁵⁹ episcopus, Cassius Narniensis episcopus, Constancius Aquitanensis episcopus, Venancius Luniensis¹⁶⁰ episcopus, Frigianus Lucanensis episcopus, Venancius Placentinus episcopus, Carbonius Populonensis¹⁶¹ episcopus, Fulgencius Obtruculensis episcopus, Terulanus Perusinus¹⁶² episcopus, Floridus Tyllfinensis¹⁶³ episcopus ; ex partibus Gallie : Migicius Narbonensis archiepiscopus ; Johannes Tarrachonensis archiepiscopus, Leandro Hyspalensis archiepiscopus, Felix Portuensis episcopus ; ex¹⁶⁴ partibus Sicilie : Maximianus Siracusanus episcopus ; Braulio Caesaraugustanus episcopus, Fulgencius Astingintanus episcopus,

Mausona¹⁶⁵ Emeridensis¹⁶⁶ episcopus, Partardus¹⁶⁷ Brachanensis¹⁶⁸ archiepiscopus, Hysidorus Caesaraugustanus archidiaconus, et suffraganei illorum.

41 (§3) Et in hoc¹⁶⁹ concilio fuit eliminata ab Yspanis heresis arriana, quibus infecta fuerat gens Gotorum a tempore Athanarici regis Gotorum et Valentis imperatoris Romanorum, qui dedit Gotis doctores ut eos in arriana perfidia confirmarent. Sed in hoc concilio eliminata spurcicia heresis arriane. Gothi in uera confessione fidei catholice remanserunt. Et ponitur ibi omelia sancti Leandri episcopi 'De laude Ecclesie et pro confessione Gotorum', que sic incipit : « Festiuitatem hanc omni<um>¹⁷⁰ esse solemnitatum festiuitas¹⁷¹ ».

9. Sermo beati Braulii in concilio Toletano in quo ipse fuit electus, in quo concilio Braulius Caesaraugustanus episcopus Verbum diuinum proposuit ad istanciam aliorum episcoporum in forma que sequitur

42 (§1) Tunc communi consilio decreuerunt ut Braulius surgeret et aliquid in Verbo proponeret. Qui consurgens, benedictione accepta, cepit declarare dictis : *Pastores ouium sumus serui tui, et nos et patres nostri*¹⁷². Verba ista sunt in Genesis XLVII^o. Que quidem uerba filii Israel dixerunt in presencia regis Pharonis. Quid habeant operi<s>¹⁷³, tria perpassi sunt : ministerium suum, finem ministerii, modum et formam ministrandi. Ministerium est asumpcio cure pastoralis, finis est exhibicio reuerencie et debite seruitutis, modus immitacio sanctorum patrum et conformitas sanctitatis. De I^o : *pastores ouium sumus* ; de II^o : *serui tui* ; de III^o : *et nos et patres nostri*. De hiis enim tribus quodlibet sacerdotem¹⁷⁴ in conspectu Regis eterni reddere rationem habet.

43 (§2) Inquirite ueritatem in uos¹⁷⁵ metipsos et in proximum : in sui natura uos metipsos diiudicando, in proximum eius mala propaciendo et corrigendo, in sui natura mundo corde contemplando. Et sedeat unusquisque nostrum et comperiet quid egit, quid facturus est et quid diebus singulis acquirere ualeat. Et Sacra Scriptura¹⁷⁶ dicit quod apud Deum nullum omnino bonum irremuneratum, quia sicut *capillus de capite uestro non peribit*¹⁷⁷, sic omnino que fecimus, que diximus nec dies nec hora¹⁷⁸ nec momentum de tempore perituum est. In cuius figura et anticipacione uocantur sacerdotes ad synodos, ut scia<n>t¹⁷⁹ super hiis interim respondere.

44 (§3) De I^o, dicitur *pastores sumus* et non quorumlibet¹⁸⁰ animalium, sed *ouium*, qui<a>¹⁸¹secundum Crisostomum quanta est doctrina uel diferencia rationabilium et irrationabilium, tanta debet esse inter rectorem Ecclesie et ceteros qui reguntur. Debent autem isti pastores pascere oues suas tripliciter : uerbo, exemplo et subsidio. De primo, uidelicet uerbo, in figura dictum est Petro, primo pastori Ecclesie, Jo<hannes>¹⁸² uidelicet : *Pasce oues meas*¹⁸³. Verbo, triplici modo oues debent pastores pascere : correpcionis de sententia timenda, exortacionis de penitencia facienda, consolacionis de gloria assequenda.

45 (§4) De I^o dicitur Micheas uidelicet : *Pasce populum tuum in uirga tua, gregem hereditatis tue...* etc.¹⁸⁴, quia per potestatem ordinacionis notoria crimina et incorregibiles sunt compellendi et corrigendi. Et bene dicitur : *Pasce uirga[m]*¹⁸⁵ *correccionis*, ut in uerbo correccionis sit temperamentum ne uel crimina austeritate liget¹⁸⁶ uel ex nimia leuitate resoluat. Nam si taces, approbare uideris ; si excedis, spiritu indignacionis et furoris agita<ri>¹⁸⁷ sub pallio zeli aut feruoris¹⁸⁸.

46 (§5) De II^o, uidelicet exortacionis, Ecclesiasticus XVIII^o : Qui misericordiam habet et erudit, quasi pastor gregi sue misereatur, excipiet¹⁸⁹ doctrinam miseracionis, docet perfecciores, erudit simpliciores¹⁹⁰. Et modificantur uerba per exortaciones prelatorum, per capacitatem auditorum. Sicut enim ex multis animalibus, generacione diuersis et specie, non animalis unius corpus efficeretur, <si>¹⁹¹ seruitutis quorumlibet proprietates in uno corpore subderetur uni homini omne animal regendum, oporteret eum simplicem in tantum esse uarium et in diuersa mutabilem quam posceret bestiarum ipsa diuersitas, ut bestiales inuicem, moderati[s]¹⁹²

inuicem persisterent, sic pastor ecclesiasticus, multos habens regere et docere, se ipsum eundem simplicem et immobilem pro uarietate modificet, exortando eos cum lacte¹⁹³ et, cum opus sit <e>is¹⁹⁴, cum solido cibo, hoc est : sicut pastor, docet et erudit.

47 (§6) De III^o, uidelicet consolacionis, Exo<du>¹⁹⁵ III^o : *Moyses pascebat oues Ietro cumque minasset gregem ad interiora deserti, uenit ad montem Dei Oreb*¹⁹⁶. Moysi mansuetudo pastoris consolacio, duccio ouium ad interiora deserti exercitatio subditorum ad contemplandum gaudia paradisi, qui appellatur ‘desertum’ propter amenitatem florum, loci suauitatem, auium concentum, uiriditatem herbarum, habunda<n>cia<m>¹⁹⁷ fructuum, que omnia sunt secundum literam in desertum et secundum spiritualem intelligenciam in paradiso, peruencio¹⁹⁸ ad montem Dei Oreb, qui¹⁹⁹ interpretatur ‘mensa’, refeccio est glorie quam habebunt sancti in futuro. In ipsa sunt excellentes diuinitatis et humanitatis natura, et nichilominus † in presenti²⁰⁰ seculi prelibacio in quadam iocunditate eterna †, sic enim pastor naturalis nunc umbrosa et secreta ad refrigerium, humida et mollia ad cubitum, nunc cantilenosa et suaui adhibet ad remouendum fastidium. De suauitate fistule uelud alloquitur gregem, cantans suauitatis aliquid uel amoris, sicut egregius iste poeta ait : « Nunc eciam pecudes et frigora captant »²⁰¹.

48 (§7) Exemplo prelatus subditos debet pascere : penitencia exteriori, paciencia interiori, sollicitudine dileccionis. De primo, I^a Petri : *Pascite, quantum in uobis est, gregem Dei, prouidentes non coacte, sed spontanee secundum Deum, sed neque turpis lucri gracia, sed uoluntarie, neque ut dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo, ut, cum apparuerit Princeps pastorum, percipiatis inmarcessibilem glorie coronam*²⁰². Forma igitur gregis, quia penitencia in pastore exemplum est penitencie et mortificacionis in grege. De II^o, Ysa<ias>²⁰³ : *Sicut pastor pascit gregem suum, in brachio suo portabit uel congregabit agnos, et in sinu suo leuabit fetus*,²⁰⁴ *ipse portabit*²⁰⁵. Ex paciencia enim et compassione interiori pius pastor agnos inualidos ad ambulandum nec portat in sinu modo, fetus oues portat in humeris, docens pastorem Ecclesie ut ex interiori paciencia et compassione ouium imbecillitatem nouerit subportare. Genesis III^o : *Nosti, Domine, quod paruulos habeam*²⁰⁶ *teneros et oues ac fetus mecum, quas si plus in ambulando facio laborare, morientur una die cuncti greges*²⁰⁷. De III^o, Luchas : *Pastores erant in regione eadem uigilantes et custodientes uigilias noctis supra gregem suum*²⁰⁸. ‘Vigilantes’ dicunt<ur>²⁰⁹ ‘custodientes’, ut per uigilanciam ferantur in Deum et per custodiam descendant ad populum.

49 (§8) Subsidio eciam debet pascere, et hoc triplici subsidio : temporali, corporali et spirituali. De I^o, Jo<hannes>²¹⁰ VI^o : *Pascat unusquisque eos qui*²¹¹ *sub manu sua sunt*²¹². Qui enim terrenam substantiam plusquam oues diligunt, merito nomen pastoris perdunt. De II^o, Jo<hannes>²¹³ : *Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis*²¹⁴, quia, ingruente neccesitate, mors corporalis suscipienda est pro subditorum salute. De III, Amos : *Quomodo si eruat pastor duo crura de ore leonis aut extremum auricule, sic eruentur filii Israel qui habitant in Samaria*²¹⁵. Que interpretatur ‘custodia’, quia pastores custodientes subditos suos per suffragia orationum eos eruere possunt a potestate demonum. I^o <***>²¹⁶ : *Depascebat seruus tuus gregem patris tui et ueniebat ursus... etc.*²¹⁷

50 (§9) Sed, pro dolor, multi pastores non pascunt gregem. Nam ignorantes non pascunt uerbo, carnales non pascunt exemplo, cupidi non pascunt subsidio. Ysa<ias>²¹⁸ : *Ipsi pastores ignorauerunt intelligenciam...*, ideo non pascunt uerbo, *omnes eciam uiam suam declinauerunt...*, id est, secundum quodeis placet, ideo non pascunt exemplo, *unusquisque ad duriciam suam declinauit...*, ideo non pascunt subsidio, *a sumo usque ad nouissimum*²¹⁹. Exponat qui uoluerit. Vbi²²⁰ nichil excipit<ur>²²¹, distinguitur nichil : *Ego unus ex illis sum et in medio uestrum sum, quasi qui ministrat*²²².

51 (§10) Ignorantes ergo non pascunt uerbo, quia uerbum correccionis conuersum est in remissionem, et ideo percontingens in seduccionem, exortacionis in taciturnitatem,

consolacionis in obiurgacionem. De I^o, Iohel : *Grex perditus factus est populus, pastores eorum seduxerunt eos*²²³, quod fit cum publicanos et notorios²²⁴ peccatores non corripiunt, sed sustinent pro peccatis, absoluunt excommunicatos praeter ordinem iuris.

52 (§11) De II, Iohannes : Non est qui extendat ultra tentorium meum, non est qui erigat pelles, quia stulte egerunt pastores et Dominum non quesierunt. Propterea non intellexerunt et omnis grex eorum dispersus est²²⁵. Ita conqueritur Dominus. Non est qui Ecclesiam Dei in fide amplificet, in caritate dilatet, quia pastores stulte agunt, quia defectum habent boni operis. Deum non querunt ex defectu pie intencionis et non intelligunt periculum quod incurrunt ex defectu oportuni sermonis. Et grex eorum dispertitur uel se diuidendo ab unitate sacramentorum, uel errando a uia Dei et mandatorum, uel resiliendo a spe eternorum promissorum.

53 (§12) De III^o, Zacha<rias>²²⁶ : Summe tibi uasa pastoris stulti, quia ecce ego suscitabo pastorem in terra qui derelicta non uisitabit et dispersa non queret²²⁷ et contritum non sanabit, et, id quod constat non enutriet, et carnes pinguium comedet et ungulas eorum dissoluet²²⁸. Vasa²²⁹ pastorum sunt panes in pera²³⁰, uerbum predicacionis in memoria ; canis in fune²³¹, zelus cum discrecione²³² ; baculus cum uirga, auctoritas grauis et correccio mediocris ; cornu cum fistula, timor extremi examinis, spes ex dulcedine diuine miseracionis.

54 (§13) Que auferuntur a pastore ignorante et stulto. Nam de<re>licta²³³ eciam non uisitat, peccatores ad penitentiam non excitat ; et dispersa non querit, errantes non reducit ; contritum non sanat, temptatos non curat ; id quod constat, non enut<r>it²³⁴, proficientes confouere nolunt ; carnes pinguium comedit, quod pingue est in temporalibus in dominum suum conuertit ; et ungulas dissoluit quia corda priuat uinculo caritatis, cuncta diuidit. Et impletur illud, Genesis : *Detestantur Egypcii omnes pastores ouium*²³⁵, quia raro inuenitur alicubi subditus qui modo uelit proficere anime in confessione et audire sacerdotem proprium.

55 (§14) Isti ergo non pascunt uerbo. Carnalesimiliter non pascunt exemplo, sed econtrario exemplum penitentiae denegatur in uoluntate ; paciencie, <in>²³⁶ incredulitatem ; solitudinis et diligencie, in negligenciam et torporem. De I^o, Zacharias : *Super pastores iratus est furor meus et super hyrcos uisitabo*²³⁷. Hyrcus animal est petulans²³⁸ et fetidus pastor, carnalis et la<s>ciuus²³⁹ per inordinacionem gule, fetidus per concupiscenciam luxurie. Super quos irascitur²⁴⁰ furor Domini in presenti sicut patet in eorum detestabilitate, uisitabit in futuro in corporis et anime dampnacione. De II^o, Ezechiel, hec dicit Dominus ad pastores : *Cum austeritate imperabatis*²⁴¹ *eis et cum potencia*²⁴², et sequitur : *lateribus et humeris inpingiebatis in summa pectora donec dispergentur foras, et cornibus*²⁴³ *uestris uentilabatis*²⁴⁴ *in imperio, in insolercia*²⁴⁵. In humeris et lateribus ostentacio et superbia, in uentilacione cornuum uinolencia. De III^o : *Dormitauerunt pastores cum rege Assur*²⁴⁶. Assur interpretatur factura uigilans ad temptandum, scilicet diabolus, qui est factura Dei. Cui pastores non uigilant, sed dormiunt per negligenciam²⁴⁷, uel sub pretexto studii suam procurant²⁴⁸ absenciam. Zacharias : *O pastor, et ydolum, derelinquens gregem*²⁴⁹. Scimus quod ydolum nichil est et ipsi in Ecclesia nichil faciunt.

56 (§15) Carnales ergo non pascunt exemplo. Cupidi similiter non pascunt subsidio temporali, quia fures sunt et latrones ; non corporali, quia sunt occisores ; non spirituali, quia sunt proditores. De I^o, Ezechiel : *Lac comedebatis et lana optima, quod crassum erat occi<debatis>*²⁵⁰ *et g<regem>*²⁵¹ *meum non pasce<batis>*^{252 253}. Ecce furtum manifestum, prout dicit Apostolus : *R<ecte>*²⁵⁴ *concedatur*²⁵⁵ *ut si altario seruias, de altario uiuas, non ut de altario luxurieris et compares tibi frena aurea et sellas depictas. Quidquid enim praeter necessarium uictum et uestitum acceperis, sacrilegium est, furtum est, rapina est*²⁵⁶. De II^o, Zacharias, id est : *Pastores occidebant et debebant et uenu<n>dabant*²⁵⁷ *ea, dicentes*²⁵⁸. Concidunt ad litteram, quia nolunt aliquando surgere uel de lecto uel de mensa ut ministrent sacramenta, non curantes de periculo, dum tamen habeant testamenta et legalia. De III^o,

Jeremias : *Quis enim similis mei erit ? et quis sustinebit me ? et quis est iste pastor qui resistat uultui meo ?*²⁵⁹ Non enim resistunt ire Domini per orationes et suffragia spiritualia, et ideo sunt proditores, quod non militant, sed ymo fugiunt de prelio, stipendia pugnancia accipiunt et, emergente pugna, fugiunt. Johannes X^o : *Mercennarius et qui non est pastor...* etc.²⁶⁰, secundum quod est finis ministerii, scilicet exhibicio uoluntarie seruitutis, et hoc est quod dicitur : *serui tui*²⁶¹. Vnde Genesis xx^o. ix^o. : *Seruiuit Iacob pro Rachel VII annis et uidebantur ei dies pauci pro amoris magnitudine*²⁶². Tercium est conformitas ad patres²⁶³ antiquos ex imitatione sanctitatis. Omnes enim pauerunt gregem propter quod in Euangelio dicitur : *Accedite ad Habraam patrem uestrum...* etc.²⁶⁴ Et sicut ipsi conuersati sunt in excellencia sanctitatis, ita et nos per imitationem operis, Osee : *In cacumine uidi patres eorum*²⁶⁵. Ad quod²⁶⁶ nos etc.

10. Et peracto sermone, surrexit quidam Hebreus in Arrianis disputans cum Braulione de Trinitate

- 57 (§1) Tunc, facto summo silencio, quidam Iudeus ex arriana perfidia dixit ad Braulium : « Quomodo²⁶⁷ credis in Deum Patrem ? ». Braulius respondit : « Credo in Deum Patrem omnipotentem »²⁶⁸. Iudeus dicit : « Bene dicis, et hoc concedo, sed non expedit quod dicas : 'In Ihesum, Filium eius'²⁶⁹ ». Braulius respondit : « Et in eundem Ihesum credo, unum de uno²⁷⁰ esse cum Patre »²⁷¹. Iudeus dixit : « Nichil dicis, quia impossibile est Deum habere Filium ».
- 58 (§2) Braulius respondit : † « O Hebre²⁷² heretice²⁷³, non intelligis hoc ». Hebreus dicit : « Credis quod Deus sit omnipotens ? ». Braulius respondit : « Credo ». Hebreus dicit : « Non sufficit ». Braulius respondit : « Oportet, o Hebre²⁷⁴ heretice et miserrime, quod sic sapias, credas et confitearis ». Hebreus dicit : « Hoc [non]²⁷⁴ concedo » †. Braulius dicit : « Non sufficit. Credis quod sit benignus ? ». Hebreus dicit : « Hoc concedo ».
- 59 (§3) Braulius dicit : « Fides nostra²⁷⁵ exprimit et uocat 'Posse' Patrem. Vnde Salomon²⁷⁶ : Ego, Sapiencia, ex ore Altissimi prodiui primogenita ante omnem creaturam. Ego feci in celis ut oriretur lumen indeficiens²⁷⁷. Quando preparabat celos, aderam cum eo cuncta componens²⁷⁸. Et uocat²⁷⁹ 'Sapienciam' Filium. Vnde Dauid : Tecum principium in die uirtutis... etc.²⁸⁰ Et uocat²⁸¹ 'Velle' Spiritum Sanctum. Vnde Ysayas : Spiritus Domini super me, eo quod unxerit me, euangelizare pauperibus misit me²⁸². Moyses, in libro Geneseos : Spiritus Domini ferebatur super aquas²⁸³.
- 60 (§4) « Sapiencia²⁸⁴ uniuscuiusque est suus Filius. Videtur tibi hoc²⁸⁵ sic ? Et isti tres, scilicet Pater et Filius et Spiritus Sanctus, sunt unus Deus. Vnde Moyses in libro Leuitico : *Deus Abraam, Deus Ysaac et Deus Iacob, ipse me misit ad te*²⁸⁶.
- 61 (§5) « Quod probo²⁸⁷ tibi per similitudinem : in sole sunt tria, scilicet substantia, splendor et calor, et tamen unicus est sol, et quemadmodum intrat sol per fenestram aliquam uitream in domo et non corrumpitur nec diuiditur, immo sol integer remanet, ita Sapiencia Dei incarnauit in Virgine et existens in Virgine erat in celo sicut sol, et Virgo remansit incorrupta sicut a sole fenestra uitrea, quia²⁸⁸ in ingressu solis et in egressu fenestra uitrea perseuerat, sic et Mariam Virginem nec ingressus nec egressus maculare potuit deitatis.
- 62 (§6) « Ecce aliud exemplum : respice²⁸⁹ citharam, ut musici melos sonis dulcibus recinnant²⁹⁰ tam pariter ars, manus et corda. Arte[m]²⁹¹ manus tangit, resonat corda, tria pariter operantur, sed sola corda personat quod auditur, et sic ad solam cordam pertinet soni reddicio, sic ad solum Filium carnis susceptio.
- 63 (§7) « O Hebre²⁹², quid dicis ? Videtur quod dicas quod Deus non habet Filium. Adhuc eciam probatum est per Dauid prophetam, qui dixit : *Dominus dixit ad me : Filius meus es tu...* etc.²⁹³ Postea per Salomonem²⁹⁴, qui dixit : *O tu, Creator, qui creasti omnia, quis es Tu et quis est Filius tuus ?* Ergo Filium habet.

- 64 (§8) Et Salomon²⁹⁵ dicit : *Sapientia fecit sibi domum habentem VII columnas*²⁹⁶. Postea ut dicit Ysa<ias>²⁹⁷ : *Egredietur uirga...* etc., usque *...spiritus timoris Domini*²⁹⁸. Virga²⁹⁹ est beata Virgo Maria, flos est Christus, VII colonne domus Christi, quas dicit Salomon, sunt dona VII Sancti Spiritus.
- 65 (§9) « Probatum³⁰⁰ est etiam per Nabucodonosor, qui, mitens³⁰¹ tres pueros in fornace, dixit : *Video quartum et assimilatur Filio Dei*³⁰². Ergo Filium habet.
- 66 (§10) Hanc auctoritatem³⁰³ dixit Daniel : Ego, Daniel, uidi celos preparari et senem dierum residentem super ipsos, cuius uestimenta erant alba sicut nix et capilli eiusdem albi sicut lana, cuius domus erat ignea et eiusdem circuitus igneus, a cuius facie manabat riuus igneus, et eidem seruiebant mille milia angelorum³⁰⁴. Et ego etiam, Daniel, uidi³⁰⁵ in uisione Filium Hominis uenientem in nubibus celi et sedentem circa Creatorem, et suscepit inperium a Creatore omnium rerum et omnes gentes seruiebant ei, et regnum eius carebit fine³⁰⁶.
- 67 (§11) « Bene scis³⁰⁷ quod nemo potest uidere Deum nisi in aliqua forma. Prius apparuit Ade in paradiso in specie humana, dicendo : *Vbi es, Adam ?*³⁰⁸. Postea apparuit³⁰⁹ Habrae sub ilice Mambre, quando uidit tres uiros et unum adorauit ad significandum unum Deum, dicens : *Domine, ita uis perdere iustum sicut iniustum, qui es Dominus celi et terre ?*³¹⁰ Ergo credebat ipsum esse Deum existentem in humana specie, qui statim euanuit ab oculis eius.
- 68 (§12) « Postea³¹¹ apparuit³¹² Iacob iuxta flumen Phanuel et luctatus est cum ipso in specie humana, et, ipso petente bendicionem, imposuit sibi hoc nomen ‘Israel’³¹³, quod interpretatur ‘uir uidens Deum’. Et dixit Iacob³¹⁴ ‘Phanuel’, qui est dictus ‘locus uidens Deum’. Et postea apparuit³¹⁵ Moysi in rub[r]o³¹⁶, et dixit : *Quis es tu? – Ego sum † Helie Pharachie †, quod interpretatur Ego sum qui sum*³¹⁷.
- 69 (§13) « Postea³¹⁸ apparuit Manue, patri Samsonis, in campo, et dixit ei : *Habebis filium quem uocabis Samsonem, qui saluabit Israelem a Philisteis*³¹⁹. Et dixit Manue³²⁰ : *Domine, eas mecum domum et dabo tibi cibum*. Et iuit cum eo et abluit ei pedes et apposuit ei offas, cum edo³²¹ coctis, et tenebat baculum quendam cum quo tetigit offas, et statim exiuit ignis magnus et euanuit ab oculis eius. Manue stupefactus dixit : *Moriemur*. Cui dixit uxor eius : *Si nos uellet interficere Deus, quomodo nobiscum loqueretur ?*
- 70 (§14) « Nos³²² scimus et credimus quod apparuit Deus in istis formis, nam aliter mortales non possunt ipsum uidere. Iste forme non erant autentice, sed illa forma erat autentica, quam sumpsit a beata Virgine. Ergo, Iudee uel heretice miserrime, concede Christum incarnatum esse Deum. Et nos credimus quod in illa carne, quam sumpsit a beata Maria Virgine, erat Sapientia Dei, id est, Filius Dei, et ibi existens erat in celo. Ergo crede te subiectum esse Deo, adora quod adoramus.
- 71 (§15) « Et Deus³²³ noluit accipere formam alterius creature, in qua appareretur, nisi solius hominis, sicut apparuit prius Ade, postea Habrae, postea Iacob, postea Moysi in rubo, et non in forma, sed in uoce. Et hec uox nata fuit a Deo et ipsa non fuit Deus, sed Deus in ea, et nouit Moyses Deum³²⁴ esse in ipsa. Et tu uides quod isti primi Patres adorauerunt Deum in istis formis, nolentes Deum discedere ab homine, et tamen forme iste erant euanescentes. Sicut et nos adoramus Deum in hac forma Christi, et in hac forma apparuit tanquam in excellenti et precipue³²⁵, in qua³²⁶ ueniet³²⁷ iudicare uiuos et mortuos... etc.

11. De circuncisione carnis non facienda

- 72 (§1) « Deus³²⁸ dedit legem Moysi continentem DC et XIII precepta, et hec non data fuerunt sine causa. Et uolumus loqui de aliquibus, non de omnibus, s<c>ilicet³²⁹ de circuncisione. Ad presens de aliis taceamus, de quibus loco suo dicemus. Et de omnibus istis preceptis, nullum obseruas nisi tria tantum, scilicet circuncisionem, sabbatum et pascha.
- 73 (§2) « Et uolo³³⁰ probare tibi unum istorum trium, scilicet circuncisionem, nichil esse et nullius ualoris, teste Jeremia, qui ait : *Viris Iude et Ierusalem : Facite ad opus uestri opus nouum*

*et non seminetis in spinas, et circumcidatis uos Domino, Deo uestro et Creatori, et auferte prepuccium a cordibus uestris, uos, uiri Iude et Ierusalem, ne exeat ira mea sicut ignis, et non erit qui eripiat*³³¹. Ergo qui se circumcidit, est sicut ille qui seminat in spinis, quia nullum fructum sperat habere. Et hoc fuit opus nouum, quod superius dixi, scilicet quod reciperent³³² baptismum.

74 (§3) « Et alibi³³³ Jeremias : *Omnes gentes habent prepuccium in carne et Israel in corde*³³⁴. Vnde cognoscimus circumcisionem cordis propinquiorum Deo quam carnis. Nam Deus³³⁵ benedixit Habraam, qui nondum fuerat circumciscus, et fuit uocatus 'amicus Dei'. Et non dixit : *Circumcidit se Abraam et fuit amicus Dei*, sed : *Credidit Habraam et fuit amicus Dei*³³⁶. Et Deus³³⁷ saluauit eum a turbine et ruina Sodome et Gomorre. Et ego probo tibi per Iob³³⁸, qui non fuit circumciscus, et propter³³⁹ circumcisionem cordis saluauit Deus Ioth³⁴⁰ ab igne Sodome et Gomorre, et non erat circumciscus.

75 (§4) « Et de circumcisione³⁴¹ cordis Daudid dixit : *Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech*³⁴², et Melchisedech non erat circumciscus. Et non dixit : *Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Aaron*, qui erat circumciscus. Et propter circumcisionem cordis, saluauit³⁴³ Dominus eciam Noe in diluuiio. Cui Dominus dixit : *Te uidi iustum coram me in omni fructo tuo*³⁴⁴, et non erat circumciscus. Et non dixit Deus : *Te uidi iustum et circumciscum*.

76 (§5) « Propter³⁴⁵ circumcisionem cordis accepit Deus sacrificium Abel, et non erat circumciscus. Et propter circumcisionem cordis dixit Deus Iacob in uentre matris : *Diligo Iacob et aborreo Esau*³⁴⁶. Et³⁴⁷ propter circumcisionem cordis dixit Jeremie in uentre matris : *Ante quam exires de uulua...* etc.³⁴⁸ Nonne uides quod sanctificatus fuit in utero matris et non erat circumciscus ?

77 (§6) « Potes³⁴⁹ modo uidere quod omnes salui fuerunt et non propter circumcisionem. Sic ergo uidemus quod non prodest tibi circumcisio nec aliis. Ergo nulla est circumcisio, cum nulli proficit.

78 (§7) « Et nominauit³⁵⁰ Deus Samsonem in uentre matris, dicens : *Tu benedictus es*³⁵¹, et non circumciscus. Et iterum probabo quod Melchisedec³⁵² erat sacerdos Dei, cui Abraam dedit decimas et non erat circumciscus. Et eciam Deus³⁵³ dixit Balaam prophete quod benediceret filios Israel, et non erat circumciscus. Et hoc compilauit Moyses in libro suo, quem legunt Iudei et habent. Ergo si circumcisio est aliquid, cur legitis prophetam Balaam, qui non fuit circumciscus ? Dominus elegit in prophetam suum. Et Ezechiel³⁵⁴ propheta : *Circumcisio cordis intrat in domum meam, et non circumcisio carnis*.

79 (§8) « Et si aliquis³⁵⁵ super hec induxerit quare Christus circumcidit se et mutauit sabbatum pro die dominico, talis reddatur responsio : quod, quidquid prophetatum de Christo fuit, adimpleretur cum ipse ueniret, et finem circumcisionis in se ipso compleuerit, et mandatum habere<t>³⁵⁶ fieri ipsius principium. Et adimpleuit legem Mosaycam ueluti adimplerentur dicta prophetarum et cessaret lex Iudeorum, nam quidquid preceptum fuerat Iudeis, prohibitum fuit gentilibus, quia, si aliter faceret, statim Iudei obicerent ei quod ipse contra legem faceret. Et Christus impleuit legem ueteranam et dedit principium noue legis.

80 (§9) « Et si dixerit³⁵⁷ aliquis quare Deus³⁵⁸ precepisset Habrae ut se circumcideret in etate centum minus uno annorum, talis reddatur causa : quia Deus est factor omnium et omnia nouit preterita, presenciam et futura, sciebat quod a semine huius Abrahe nascerentur qui pugnarent cum gentilibus et morentur et non agnoscerent eos mortuos nisi hoc signo, quod quisque eorum circumcideretur, et propter hoc data fuit eis circumcisio hec et non ob aliam causam.

81 (§10) « Et Josue³⁵⁹, filius Nun, fuit cum filiis Israel in deserto per XL^a annos, et Deus³⁶⁰ omnipotens dedit illis manna de celo, et isti tamen non erant circumcisi. Et postquam fuerunt circumcisi, non habuerunt manna, sed laborabant manibus suis et non poterant atquirere uictum nisi magno labore. Et postea³⁶¹, quando gentiles uoluerunt pugnare cum Josue et filiis Israel in campo Athii, dicit Scriptura quod dixit Deus prophete Josue : *Accipe omnes iuuenes XX*

annorum qui apti fuerint ad pugnandum. Et accepit eos et noluit intrare bellum quousque omnes circumcisi fuerunt, ad hoc ut dignoscerentur inter alios.

82 (§11) « Ergo scis³⁶² quod hec circumcisio facta fuit, et isti³⁶³ tamen fuerunt circumcisi cum lapidibus ut per hoc signum dignoscerent suos mortuos inter alios. Ergo scis quod hec circumcisio fuit facta ad hoc et non ad aliud. Ergo manifestum est circumcisionem esse inutilem et non tenendam.

83 (§12) « Et Thobias³⁶⁴ ubicumque³⁶⁵ inueniebat mortuos, uidens ipsos circumcisos sepeliebat eos et uenerabatur, et alios dimitebat. Et scias quod propter hoc data fuit circumcisio : quod, quando Iudei erant habentes regem et pontifices et pugnabant cum gentilibus, erant hoc signo noti. Et hec est utilitas circumcisionis Iudeorum. Et modo carentes hiis que diximus, sunt maledicti ipsi et eorum genus, dispersiper quatuor partes mundi, nec indigent circumcisione quia non pugnant. Scias quod hoc mandatum circumcisionis fuit inuentum pro causa, et Moyses deleuit illud, quia per XL^a annos pergens per desertum cum filiis Israel noluit ut circumciderentur, quia non indigebant hoc signo, quoniam cum nullo pugnabant.

12. De sabbato more Iudaico non fore celebrando

84 (§1) « Scias³⁶⁶ quod Lex fuit data pro causa et cessauit causa in qua sunt iniuncta DC^a et XIII mandata. Istorum quedam fuerunt data ad aliquid, quedam ad nichilum. Quedam ita obscura erant quod nemo intelligebat ea. Quedam cessabant rationis causa, et istorum preceptorum sabbatum erat unum.

85 (§2) « Et uolo³⁶⁷ probare tibi iustum una ratione : quod Deus fregit sabbatum, quia in die³⁶⁸ dominica fecit celum et terram, et ita³⁶⁹ successiue fecit omnia ; in die³⁷⁰ Veneris fecit hominem, et tu dicis³⁷¹ quod in die³⁷² sabbati requieuit, ergo labor uexabat Deum, quod ad Deum non pertinet, quia *uerbo Domini celi firmati sunt*³⁷³. Et si perseueras, ego probabo tibi quod magis³⁷⁴ laborauit die sabbati, quia consecrauit omnia que fecerat. Ergo fregit sabbatum.

86 (§3) « Nam iterum³⁷⁵ probabo tibi sabbatum non esse seruandum nisi causa. Bene scis quod Iosue, filius Nun, quando uenit Iherico cum filiis Israel, obsedit Ierico, et dixit ei Deus : *Circunda ciuitatem cum sacerdotibus et leuitis et cum archa testamenti ueteris – ubi erant reliquie –, cantando legem cum tubis. Et istud fac semel per sex dies, et in VII^a die sepcies*³⁷⁶. Et ita factum est et ceciderunt muri et ceperunt ciuitatem. Ergo Iosue propheta cum filiis Israel fregit sabbatum. Quare tu obseruas ?

87 (§4) « Ego probabo³⁷⁷ tibi per Heliam³⁷⁸, qui fugiens propter timorem Acab, tunc dormiuit in quodam loco sub quadam miricam, et uenit angelus et excitauit ipsum, et inuenit uas plenum aque et panem, et dixit angelus ei : *Comede de pane et bibe de aqua, et per uim panis et aque pergens per XL^a dies usque ad montem Dei Oreb*. Cur perrexit in sabbato, quoniam, in XL^a diebus, III^{or} dies sabbatini inueniuntur.

88 (§5) « Adhuc³⁷⁹ probabo tibi per hoc quod inuenimus in libro Machabeorum : quod, quando³⁸⁰ uenerunt gentiles et obsederunt Iudeos in die sabbati, qui³⁸¹ seruantes sabbatum fuerunt capti ab inimicis. Postea inimici, uolentes debellare eos in die sabbati, fuerunt deuicti a Iudeis, quia Dominus³⁸² per angelum suum denunciauit Iudeis ut deffendere<n>t³⁸³ se in die sabbati, dicens : *In tempore bellicoso non obseruetis sabbatum*. Ergo fregit sabbatum.

89 (§6) « Si filius³⁸⁴ tuus³⁸⁵ ceciderit in die sabbati in puteum, extrahes ipsum an non ? Si non, uidetur quod mentiris et eris homicida ; si extraxeris, frangis sabbatum. Ergo debes intelligere quod non fuit datum sabbatum nisi ex causa, et cessante causa sabbatum cessauit.

90 (§7) « Lex³⁸⁶ fuit data Moysi. Moyses dedit filiis Israel et docuit eos alphabetum. Sicut magister docuit discipulos suos, et tamen non dimitebant ludere et adorare ydola, quia non cognoscebant suum Creatorem. Postea Iosue³⁸⁷, filius Nun, docuit eos informare uocabula. Postea Dauid³⁸⁸ propheta docuit eos iudicia et consuetudines, scilicet qualiter ducerent uitam suam. Postea Moyses et prophete prophetauerunt aduentum Christi et dixerunt in aduentum Christi legem esse completam, et quod essent tunc perfecti martiri.

13. De aduentu Christi et de noua lege

- 91 (§1) « O Hebre³⁸⁹ incredule, tu non uis credere aduentum Christi, nec in aduentu eius nouam legem ! Eam uolo tibi probare per Moysen primum prophetam, cui dixit Deus : *Ego suscitabo unum prophetam de tuis fratribus sicut et te, et ponam uerbum meum in ipso, et qui non audierit ipsum, exterminabo eum de populo*³⁹⁰. Tu debes credere quod ille propheta sit Christus. Tu dicis³⁹¹, o incredule, quod Moyses dixit quod : *Quicumque propheta suscitatus inter uos indixerit uobis in eum quod ego dixi uobis, quando extraxi uos ex Egipto, interficite eum, quia uult uos auferre Deo, uestro Creatori, et conuerti ad ydola* »³⁹².
- 92 (§2) Hebreus³⁹³ respondit : « Bene concedo quod Moyses dixit hec, sed³⁹⁴ tu non intelligis sane ».
- 93 (§3) Braulius dixit : « Ego tibi probo quod³⁹⁵ in aduentu istius prophete, scilicet Christi, debebat esse noua lex, non secundum illam que data fuit Moysi.
- 94 (§3) « Hoc tibi³⁹⁶ probo per Ieremiam prophetam, qui dixit : Ecce dies uenient, dicit Dominus, et faciam pactum nouum cum coniugio Israel et Iude, non secundum illud quod dedi patribus uestris, quando liberaui eos de terra Egypti³⁹⁷. Ergo legem nouam dedit, et ego teneo ipsam, qui sum Israel.
- 95 (§4) « Probo³⁹⁸ tibi per alium prophetam, scilicet Ysaïam, quod sicut dedit legem nouam, ita dedit nomina noua, qui dixit : Ego clamaui uos, et nolulistis audire, fecistis semper malum coram me et contra uoluntatem meam. Et propter hoc dicit Dominus Deus Israel : Ecce serui mei comedent et uos exurietis³⁹⁹, bibent et uos sicietis, et gauebunt et uos contristabimini. Et interficiet uos Creator, et nominabo seruos meos alio nomine⁴⁰⁰.
- 96 (§5) « O Hebre⁴⁰¹ incredule, non credis quod ego habeo istud nomen, non uides quod sum benedictus super terram a Deo celi ! Sic dicit Ysa<ias>⁴⁰² : *Qui est benedictus super terram, est benedictus a Deo celi*⁴⁰³. Modo dico tibi quod tu non habes istud nomen nouum nec istam legem. Ille qui habet est in gaudio. Ergo aliquis⁴⁰⁴ qui est conuersus de lege uestra ad Christum, eri⁴⁰⁵ fuit uocatus Habraam, hodie Johannes. Concede uel nega si hoc dixere prophete, dic si est noua lex aut si debet esse. Si dicis quod est, ego sum Israel, qui teneo ipsam. Si dicis quod non est, ergo, quod tu tenes, nullius ualoris est, quia auferretur a uobis et dabitur Christianis nouiter ad fidem conuersis.
- 97 (§6) « Et dico⁴⁰⁶ tibi quod sicut promisit⁴⁰⁷ nomina noua populo Israel, ita promisit suis aliud nouum nomen uel ydioma. Probo tibi per Ysaïam prophetam, qui dicit : *De Syon exhibit lex et uerbum Domini de Ierusalem*⁴⁰⁸. Tu bene dicis quod lex fuit data Moysi in monte Synai et hec lex bene post mille annos exiuit de Ierusalem et fuit data Israel. Ergo alia est et istam debemus tenere.
- 98 (§7) « Et ego⁴⁰⁹ probo tibi per Ysayam quod, sicut promisit Deus Israel legem nouam, ita promisit et⁴¹⁰ gentilibus legem, quid dixit : *Ecce seruus meus, quem elegi et quem recepi. Et posui spiritum meum in ipso, ut diceret ueritatem gentibus. Et non erit stupefactus donec ponatur iusticia in terra. Et insule expectant legem eius. Dicit Dominus omnipotens, celi et terre Creator. Et dicit eciam : Ego te saluaui et dedi te gentibus pro testimonio, quod tu aperuisses oculos cecorum et extraheres incarceratos de carcere, et extraxisti eos qui erant in tenebris. Ego enim sum Dominus Deus, et Nomen meum gloriosum et meam gloriam non dabo alii nec dabo ydolis que me laudent. Quidquid ego dixi uobis, iam apparuit, et ego prophetabo uobis alia noua et faciam uos prescire illa antequam fiant*⁴¹¹.
- 99 (§8) « Ecce⁴¹² quod dicit Ysa<ias>⁴¹³ : Omnes sicientes uenite ad aquas et uiuet anima uestra. Et ponam testimonium meum sempiternum inter me et uos, et misericordiam Dauid fidel<is>⁴¹⁴. Ego posui ipsum ducem ac preceptorem gentibus, et adorabunt⁴¹⁵ eum omnes qui ipsum ignorabant, et current ad ipsum homines qui ipsum non cognoscebant propter Dominum Deum tuum et Sanctum Israel, quia glorificabit⁴¹⁶ te⁴¹⁷.

100 (§9) « Dicit⁴¹⁸ Jeremias : Ecce dies uenient, dicit Dominus, et suscitabo meum uerbum bonum domui Israel et domui Iuda. In die illa et in illo tempore erit germen Dauid germen iusticie, et iudicabit terram in iusticia. Et in illa die saluabitur Iuda et Ierusalem, et habitabit confidenter. Hoc est nomen quod nominauit⁴¹⁹ : Deus iusticie. Hoc est quod dicit Deus : Non auferetur a Dauid nec auferetur a trono Israel, nec auferetur a sacerdotibus uir⁴²⁰ ante faciem meam, qui faciat ante me sacrificium et holocaustum in omnibus diebus semper. Et mihi fuit, Jeremie, uerbum Dei a Domino dicente : Si potest esse quod destruam meum factum et meum testimonium inter diem et noctem : ita quod non sit dies neque nox tempore suo, ita non faciam cum Dauid, seruo meo, quod non sit filius eius super tronum et sacerdotes Israel, et quod sacrificium semper faciant. Et sicut homo non potest numerare stellas celi nec arenas maris, ita multiplicabo prolem Dauid et leuitas seruientes mihi⁴²¹.

101 (§10) « O Hebre⁴²² incredule, quare non credis quod hoc uerbum non dixerit Deus per Jeremiam prophetam domui Israel et domui Iude, et hoc est promissum bonum, quod domui Israel et domui Iude dixit : quod non deficiet rex de progenie Dauid ne<c>⁴²³ sacerdotes qui faciant sacrificium usque in sempiternum ?

102 (§11) « Et, o tu⁴²⁴, Hebre⁴²⁴, dicis quod tu es Israel ! Probo tibi quod non es Israel. Nam si tu dabis mihi regem ex progenie Dauid et sacerdotes qui faciant sacrificium sempiternum, concedam ; alioquin ego sum Israel. Vnde concede⁴²⁵ quod iste rex quoddicit Jeremias est Christus, et predicti leuite sunt omnes prelati sancte Ecclesie. Nam promisit Deus, sic dicens : *Rex non deficiet ex proenie Dauid et sacerdotes qui faciant mihi sacrificium in sempiternum*⁴²⁶.

103 (§12) « Dicit⁴²⁷ Jeremias : Conuertimini, filii Israel, ad me reuertentes, et amabo uos. Et capiam de una ciuitate unum et de una gente duos, et introducam uos in Syon. Et dabo uobis pastores iuxta cor meum, et pascent uos sciencia et doctrina. Cumque multiplicati fueritis et creueritis in terra in diebus illis, ait Dominus, non dicent⁴²⁸ ultra : Archam Testimonium Domini ; neque ascendent super cor neque recordabuntur illius, nec fiet uobis ultra malum. In tempore illo uocabunt Ierusalem 'Solium Domini', et congregabuntur ad eam omnes gentes in nomine Domini, et non ambulabunt post prauitatem cordis sui pessimi⁴²⁹.

104 (§13) « Et dicit⁴³⁰ Ysa<ias>⁴³¹ : O uos, filii Israel, colligent uos unum et unum !⁴³².

105 (§14) « Et dicit⁴³³ Jeremias : Ecce dies uenient, dicit Dominus, et non dicent ultra : Viuit Dominus, qui eduxit filios Israel de terra Egypti, sed : Viuit Dominus, qui eduxit filios Israel de terra Aquilonis et de uniuersis terris ad quas eiecerat eos, et reducat eos in terram suam, quam dedit patribus eorum. Ecce ego mito piscatores multos, dicit Dominus, et piscabunt uos. Et post hec mitam uobis multos uenatores et uenabunt uos de omni monte... etc.⁴³⁴

106 (§15) « De omnibus⁴³⁵ bonis que promisit Deus bonis filiis Israel, non omnia, sed pauca scripsimus, quia longum esset totum enumerare, et de hoc paruo quod notauimus, uolumus sumatim enucleare uobis.

14. Quod Messias uenit et non sit iterum nasciturus

107 (§1) « O Hebre⁴³⁶ miserrime, tu credis⁴³⁷ quod Messias iterum sit nasciturus et ueniet, et tu speras quod ipse⁴³⁸ congregabit te de quatuor partibus mundi et ducet⁴³⁹ te equitatem super equos et mulos, et super colla⁴⁴⁰ Philisteorum in Ierusalem. Et tu credis quod ibi eris in perpetuum et non morieris. Et hoc probo tibi quod non sane intelligis, quia una⁴⁴¹ Iherusalem est in terra et alia in celo, et illam celestem promisit Deus bonis filiis Israel. Et probo tibi hoc per prophetam qui dicit : *Ierusalem erit propalata in perpetuum*⁴⁴². Et alibi dabo testimonium de Ysa<ia>⁴⁴³, qui dixit : *O tu, Iherusalem, non erit in te lux solis in die, neque lux lune in nocte, sed Deus erit tibi lux semper* !⁴⁴⁴.

108 (§2) « O Hebre⁴⁴⁵ miserrime, quomodo intelligis prae ! Nam due sunt Iherusalem, una celestis et alia terrestris, et promissio Creatoris Israel fuit de celesti Ierusalem. Et probo tibi hoc modo, quia omnia mundana habebunt finem, ergo Ierusalem terrestris, que est in mundo,

habebit finem cum toto mundo. Ergo promissio Creatoris Israel est Ierusalem⁴⁴⁶ que est uisio pacis, id est, paradisus, qui est perfrui uisione Dei.

109 (§3) « Sicut⁴⁴⁷ probaui te iam quod due sunt Ierusalem, scilicet una terrestris et alia celestis, ita probo tibi quod duo aduentus Christi sunt. Et primus aduentus Christi fuit, qui iam uenit in carne, et secundus erit quando ueniet iudicare uiuos et mortuos.

110 (§4) « Audi⁴⁴⁸ probacionem de primo aduentu. Dixit propheta Micheas : *O tu, Betleem, ciuitas Judee, de te exiet dux qui regat populum super Israel*⁴⁴⁹. Vnde ego firmiter credo quod ille dux est Messias, qui est Christus, qui fuit natus in Bethlehem. Transacti sunt DCC LX^a VI anni, et regnat super me, qui sum Israel. Iterum probo tibi per Ysaïam, qui dixit de natiuitate Christi : *Puer natus est...* etc.⁴⁵⁰ Natus est nobis carnaliter et datus est nobis spiritualiter predictus Filius Dei, qui uenit iam et est venturus. Et ego probo tibi iterum per Ysaïam, qui dicit : *Ecce uirgo concipiet...* etc., usque *...eligere bonum*⁴⁵¹.

111 (§5) « O tu⁴⁵², Hebreë miserrime, tu dicis quod Ysaïa<s>⁴⁵³ in sua propheta, scilicet *Ecce uirgo concipiet...*, non dicit ‘uirginem’, sed ‘aelma’. Et ego concedo quod non dicit ‘uirginem’, sed ‘aelma’, et ego probo tibi quod ‘aelma’ debet recipi pro ‘uirgine’, quoniam Abraam⁴⁵⁴ misit seruum suum et dicit ei : *Vade ad terras consanguineorum meorum et non ducas uxorem filio meo de Cananeis, immo de consanguineis meis. Et uade ad terram Baniel, filii Nachor et Melca. Et dixit*⁴⁵⁵ Abraam seruo suo : *Vade ad fontem, et multe aalme uenient ad ipsum fontem, et ipsa aelma qui inuitabit te et dicet tibi : Veni et dabo tibi hospicium bonum et ea que necessaria sunt tibi, et dabo tuis camelis et tuis bestiis aquam, ipsa est sponsa filii mei. Et ipsa est aelma*⁴⁵⁶ et est bauila, id est, uirgo. Eciam dico tibi quod, si tu non uis recipere ‘aelma’ pro ‘uirgine’, <in>⁴⁵⁷ Ysaya, similiter nec ego uolo recipere Rebeccam⁴⁵⁸ pro uirgine, quam nominauit Abraham ‘ahelma’, mitendo seruum pro ipsa. Ergo corrupta erat et meretrix.

112 (§6) « Et, o⁴⁵⁹ Hebreë miserrime, tu dicis quod Hemanuel⁴⁶⁰ non est Christus, immo filius Achaz ! Et, o miserrime, quomodo posset esse filius Achaz, quod propheta dixit quod : *Butirum et mel comedet* ?⁴⁶¹ Et in fine rogationis dixit propheta : *O tu, Hemanuel, ad te congregabuntur omnes gentes et obtinebis*⁴⁶². Et, o tu, miserrime, quomodo dicis quod fuit filius Acaz, quoniam filio Achaz numquam seruiuit aliquis gentilis ? Ergo non est ille, quoniam non inuenimus aliquem ad quem uenirent omnes gentes nisi ad Christum. Et de hoc quod posuit propheta : quod Hemanuel butirum et mel comederet, hoc non comedit filius Achaz, immo Christus. Et ad ipsum pertinebat⁴⁶³ comedere et non <ad> alium⁴⁶⁴, quoniam mel est ualde dulce et butirum ualde molle, et uere fuerunt uerba eius ualde dulcia et precepta eius ualde suaui.

113 (§7) « O tu⁴⁶⁵, Hebreë miserrime, ego opposui tibi de duobus aduentibus Christi et de natiuitate sua. Et uolo tibi probare in primo aduentu Christi quod de populo Israelitico debebant fieri due partes, et de illis duabus partibus alia esset credula, alia incredula. Audi de parte incredula per Ysa<iam>⁴⁶⁶, qui loquitur in persona Domini : *Audite, celi, et auribus percip[ite]*⁴⁶⁷, *terra, quoniam Dominus loquutus est : Filios enutriui et exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum et asinus presepe domini sui, Israel autem non cognouit me et populus meus non intellexit. Ohe genti peccatrici, populo graui iniqui<tate>*⁴⁶⁸, *semini nequam ! Filii scelerati dereliquerunt Dominum et Sanctum Israel blasfemauerunt...* etc.⁴⁶⁹

114 (§8) « Multa⁴⁷⁰ uituperia dicit Dominus per linguas prophetarum prauis filiis Israel, quoniam errauerunt. Et Creator sciebat que uentura erant, et prophete uenerunt et predixerunt futura. Et, o tu, Hebreë miserrime, non intelligis quod dicit Ysa<ias>⁴⁷¹ : *Dereliquerunt et blasfe<mauerunt>*⁴⁷² *Sanctum Israel*⁴⁷³. Bene uides quod Sanctus Israel est Christus, quem genus tuum uituperauit et tu uituperas, et qui uituperat Creatorem, non est mirum si uituperat homines.

115 (§9) « Dicit⁴⁷⁴ Ysayas : Audiui uocem Domini dicentis : *Quem*⁴⁷⁵ *mitam ? et quis ibit nobiscum ? Et dixi : Ecce ego, mite me. Et dicit : Vade et dic populo huic : Audite audientes et nolite intelligere, et uidete uisionem et nolite agnoscere. Exceca cor populi huius et aures eius*

aggraua et oculos eius claude, ne forte uideat oculis suis et auribus suis audiat et corde suo intelligat et conuertatur, et sanem eum. Et dixi : Vsquequo, Domine ? Et dicit : Donec desolem ciuitatem absque habitatorem et domus sine homine, et terra derelinquetur deserta. Et longa faciet Dominus. Et multiplicabo que derelicta fuerunt in medio terre. Decimabo, et conuertetur et erit in ostensione sicut terebintus et sicut quercus que expandit ramos, et semen sanctum erit id quod steterit in ea⁴⁷⁶.

116 (§10) « Dixit⁴⁷⁷ Ysaïas : *Disperdet Dominus ab Israel caput et caudam, incuruantem et refrenantem, in die una. Longeuus [erit]⁴⁷⁸ et honorabilis ipse est caput, et propheta docens mendacium, ipse cauda est. Et erunt, qui beatificant populum istum, seducentes ; et qui beatificantur, precipitati... etc.*⁴⁷⁹

117 (§11) « Et ideo⁴⁸⁰ quia uituperastis Sanctum Israel, meruistis⁴⁸¹ quod Creator excecaret uos. Et excecavit uos oculis et auribus et corde et mente per Ysayam prophetam, quem misit Deus, qui dixit : *Vsquequo, Domine ?*⁴⁸² Quousque terra fuit deserta uel destructa. Vide quod primumdedit Deus prauis filiis Israel qui noluerunt credere in Christum : ceci sunt et captiui. Transacti sunt DCC^{ti} LX^a anni, et eciam dispersi sunt per III^{or} partes mundi. Audi iterum quod dixit Ysa<ias>⁴⁸³ alibi : *Disperdet Dominus ab Israel caput et caudam una die. Longeuum et honorabile est caput, et propheta mendax est cauda, et qui de hoc populo⁴⁸⁴ dixerit bonum, erit seductor⁴⁸⁵.*

15. De uituperiis filiorum Israel et eorum sacrificiis cessandis

118 (§1) « Longum⁴⁸⁶ esset enarrare tot mala, quot et quanta mala dixerit Dominus prauis filiorum Israel, sed ad presens pauca notauimus⁴⁸⁷ et per hec pauca intelligantur omnia. Audi quid dixit Ysa<ias>⁴⁸⁸ de malis filiis Israel, et de Iuda⁴⁸⁹ et de Israele, et de habitantibus Ierusalem in diebus Ozie, Joatham, Achaz et Ezechie regis Iuda : *Audite uerbum Domini, principes Sodome. Percipite auribus legem Dei nostri, populi Gomorre. Quid mihi faci[e]tis⁴⁹⁰ multitudinem uictimarum uestrarum ? dicit Dominus. Plenus sum holocaustis uestris arietum, et adipem pinguium et sanguinem uitulorum et agnorum et yrcorum nolui. Cum ueniretis⁴⁹¹ ante conspectum meum, quis quesiiuit <hec>⁴⁹² de manibus uestris⁴⁹³ ut ambularetis in atriis meis⁴⁹⁴ ? Ne afferatis sacrificia ultra : frumentum, incensum abhominatio est mihi. Neomenia et sabbata et alias festiuitates non feram. Iniqui sunt cetus uestri. Kalendas uestras et solemnitates odiuit anima mea. Et cum extenderitis manus⁴⁹⁵ uestras, auertam oculos meos a uobis, et cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Manus enim uestre sanguine plene sunt⁴⁹⁶.*

119 (§2) « Audite⁴⁹⁷ et intelligite, o uos Hebrei, quoniam notat uos Dominus ‘Principes Sodome et Gomorre’, non quod essetis de illo genere nec habitatores illarum ciuitatum, sed quia uos fuistis similes illis in suis factis. Et ego dixi uobis quod Deus habebat odio sabbata uestra et solempnitates uestras. Si sane intelligeretis, non dixit Creator nisi ut mutaret sabbata et omnia alia in lege noua.

120 (§3) « Et tu⁴⁹⁸ dicis quod illud quod dicit Ysayas de sabbatis et festibus, quod per⁴⁹⁹ Jeroboam⁵⁰⁰, filio Nabat, et pro familia sua dixit, qui non fecit nisi duos uitulos aureos et posuit unum in Dan et aliud in Bethel, et dicit filiis Israel : *Iste est uester Creator, qui uos extraxit ab Egypto. Quare tenditis ad Ierusalem ad adorandum ? Hic potestis saluari, istos uitulos ado<rando>⁵⁰¹.* Isti erant IX tribus et dimidia cum Jeroboam, filio Nabat, qui numquam crediderunt nec credent in lege Moysi, nec fuerunt coniuncti Ierosolimis cum Roboam, filio Salomonis. Duabus tribubus et dimidie dixit Creator quandoque bonum, quandoque malum.

121 (§4) « Et de hoc⁵⁰² quod dixi, ego dico uobis per prophetam dicentem, scilicet : *Cum extenderitis manus uestras, auertam oculos meos a uobis, et cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Manus enim uestre sanguine plene sunt⁵⁰³.* O miserrime, quoniam, sanguine Christi mediante, incurristis iram Dei !

- 122 (§5) « Dixit⁵⁰⁴ Jeremias : *Preuaricatione preuaricata est in me domus Israel et domus Iuda, ait Dominus. Negauerunt me et dixerunt : Non est ipse*⁵⁰⁵. Et hic sermo : *Non est ipse, non intelligitur nisi de Christo.*
- 123 (§6) « Ego⁵⁰⁶ probo tibi et per Jeremiam, qui dixit : *Si Moyses et Samuel rogarent me pro populo hoc, ꝛ nisi*⁵⁰⁷ *auerterem faciem meam ab ipsis ꝛ, sed procederent de morte ad mortem*⁵⁰⁸, *et proiciam eos in iram regum tocius mundi*⁵⁰⁹. Vnde credo quod tu es in hac ira et non nisi pro Christo. Transacti sunt septingenti LX^a anni et hoc durabit usque in finem mundi.
- 124 (§7) « Et ego⁵¹⁰ probo per Ezechielem⁵¹¹ prophetam, quod dixit Deus de synagoga et de populo suo prauo⁵¹² et de ueteri meretrice Egyptiaca. Audi quod dicit Deus : *O Ierusalem, tua radix et tua generacio est de terra Cananea*⁵¹³, *et pater tuus Amorreus et mater tua Cethea*⁵¹⁴. Et dicit Dominus : *Ego inueni te sanguinolentam, et mundauit te et indui te, et posui in manibus tuis anulos et in auribus ornamenta. Et postea fuisti ualde pulcra et uidisti mamillas in tuis pectoribus, et incepisti mirari et gaudere, et statim fornicari. Et fornicata es in terra Egypti et in terra Assur cum uicinis tuis, et fornicata es sicut meretrix*⁵¹⁵ *mulier et ꝛ nupta*⁵¹⁶. *Et turpissima meretrix fregisti consuetudines aliarum meretricum, quia aliis meretricibus dantur munera per concubitum, et tu tribuisti tuis fornicariis*⁵¹⁷.

16. De mutacione sinagoge per sanguinem Christi

- 125 (§1) « Nos⁵¹⁸ probamus in hoc opere quod in synagoga fuerunt boni et mali, et modo uolumus probare passionem Christi per Ysayam prophetam, qui dicit de passione Christi : *Ecce intelliget seruus meus, et exaltabitur et eleuabitur, et sublimis erit ualde. Sicut obstupuerunt super eum multi, sic ingloriosus erit uiris aspectus*⁵¹⁹ *eius et forma eius inter filios hominum*⁵²⁰. *Vere langores nostros ipse tulit et dolores nostros ipse portauit, et nos putauimus eum quasi leprosum et percussum a Deo et humiliatum. Ipse autem uulneratus est propter iniquitates nostras, et atritus est propter scelera nostra, et liuore eius sanati sumus. Et Dominus po<suu>*⁵²¹ *in eum iniquitates nostrorum omnium. Oblatus est quia ipse uoluit, et non aperuit os suum. Generacionem eius quis enarrabit ?*⁵²² *Ipse tradidit in mortem animam suam et cum sceleratis reputatus est. Et ipse ꝛ pater iustorum, Tu*⁵²³, *et pro transgressoribus rogasti*⁵²⁴.
- 126 (§2) « O Hebre⁵²⁵ miserrime, quomodo dicis quod de Jeremia dicta sunt hec, quia Jeremias nullum peccatum abstulit, nec fuit suspensus cum duobus latronibus, et generacionem eius bene possumus enumerare, sed Christi generacionem non ? Et hec uerba, que dicit Ysaia, non fuerunt dicta nisi de Christo.
- 127 (§3) « Et dicit⁵²⁶ Jeremias de passione Christi : *Facta est nobis Syon sicut una auis que uolat. Et, o tu, Ierusalem, considera tristitiam et dolorem qui uenit in te, quia tuum saluatorem capient et interficient ipsum ad meridiem. Et postea surget et sedebit super tronum suum, et iudicabit super inimicos suos et sumet uindictam ab eis*⁵²⁷. Et dicit alibi Jeremias : *Maximus pauor intrauit*⁵²⁸ *terram in omnibus locis et interficietur Dominus in eadem die*⁵²⁹.
- 128 (§4) « Et dicit⁵³⁰ Abacuch de passione Christi : *Audiui uerba tua et timui*⁵³¹, *et dico tibi quod uideo te inter duos latrones.*
- 129 (§5) « Et dixit⁵³² Amos qualiter uenderetur Christus : *Tria peccata que comisit Israel dimitam, et quartum non dimitam, quia uendiderunt iustum pro argento et illum iustum uendiderunt pauperem pro [calciamenti]⁵³³ precio quorundam sotularium*⁵³⁴.
- 130 (§6) « O Hebre⁵³⁵ miserrime, tu dicis quod iste⁵³⁶ iustus est Ioseph, et mentiris, quia peccatum Ioseph fuit primum peccatum et pro isto⁵³⁷ peccato fuistis in captiuitate per CCCC et XXX^a annos, et relaxauit Dominus peccatum istud, et extraxit⁵³⁸ uos a captiuitate illa per manum Moysi et dedit⁵³⁹ uobis manna ! Et pro II^o peccato⁵⁴⁰ quod fecistis, quando adorastis ydolum et fecistis contra legem, proiecit uos in captiuitate per VII annos in man<u>⁵⁴¹ cuiusdam principis, qui uocabatur Modicum⁵⁴². Et tertium peccatum⁵⁴³ fuit quando interfecistis prophetas et adorastis ydola, et uenit Nabucodonosor et cepit Ierusalem et detulit uos captiuos, et fuistis captiui

in Babilonia per LXX^a annos. Et postea extraxit uos Deus ab illa captiuitate et duxit uos ad Ierusalem, et fuit peccatum illud dimissum.

131 (§7) « Et dicit⁵⁴⁴ Ezdras : Venerunt filii Israel de Babilonia in Ierusalem et fabricauerunt templum et fuerunt in tam bonis diebus sicut fuerunt in tempore Dauid et Salomonis⁵⁴⁵.

132 (§8) « O tu⁵⁴⁶, Hebre miserrime, quomodo dicis quod ille iustus fuit Iosep ? Et peccatum Iosep fuit primum peccatum, et fuit dimissum. Et secundum peccatum fuit dimissum et tertium peccatum fuit dimissum. Et quartum peccatum uideo quod non est dimissum, quia est⁵⁴⁷ Christus quem uendiderunt priores uestri. Et istud peccatum caret termino et alia peccata habuerunt terminum.

133 (§9) « Et tu⁵⁴⁸ dicis quod, quando Messias, qui est Christus, uenerit, congregabit uos omnes de quatuor partibus mundi, et uincetis totum mundum et interficietis omnes gentes cum ipso, et deducet uos ad Ierusalem. Et hec intelligis tu prae. Ego uolo tibi probare quod tu hoc debes intelligere per Ysayam, qui dixit : Claudite librum quousque ueniant discipuli mei^{549 550}. Et alibi dicit Ysa<ias>⁵⁵¹ : Erit propheta⁵⁵² inter uos tamquam liber clausus. Et ostendent librum populo, et dicet populus : Valde obscurus est liber iste et nescimus ipsum legere. Eciam indicabunt ipsum sapientibus, et sapientes dicent : Nescimus exponere litteras ista⁵⁵³.

134 (§10) « O miserrime⁵⁵⁴ Hebre, quomodo tu potes intelligere duos aduentus Christi postquam clausit tibi propheciam ? et tu nullo modo potes intelligere ipsam que dixit : Claudite librum quousque ueniant discipuli mei⁵⁵⁵. Et discipuli erant Apostoli, qui erant imbuti gracia Spiritus Sancti. Qua mediante, intellexerunt et exposuerunt totam legem. Ergo ego sum discipulus Creatoris, qui intelligo legem et possum illam recte exponere, quia tu habes ipsam clausam et ego apertam. Et ego dico tibi quod, sicut hec prae intelligis, ita intelligis omnia male.

135 (§11) « Et quia⁵⁵⁶ proba tibi quia de aduentu primo Christi non est sicut tu dicis, et proba tibi alio modo esse, quia dicit Ysaia : Vos, filii Israel, colligent uos unum et unum⁵⁵⁷.

136 (§12) Et dicit⁵⁵⁸ Jeremias : Vos, filii Israel, colligent uos unum et unum de uilla⁵⁵⁹ una, et duos de uno genere⁵⁶⁰.

137 (§13) « Et dicit⁵⁶¹ Ezechiel : Colligam⁵⁶² uos ex terris et ex locis, et expergam super uos aquam limpidam et mundificabo uos a sordibus uestris et iniquitatibus et uestris ydolis, et auferam a uobis cor lapideum et induam uos cordibus humanis, et postea discidam⁵⁶³ a uobis et a posteritate uestra, et extraham de terra Israel nec ibidem regredientur⁵⁶⁴.

138 (§14) « Nunquid⁵⁶⁵ uides quid dicit quod, quando uenerit, totum diuideret mundum et omnes gladiaret ? Sed non est mirum quod tu ita intelligas, quia uos estis illi quos excecari Deus iussit Ysaye prophete excecacione[m]⁵⁶⁶ mentis et intelligencie et hec intelligere non potestis. Et Deus dixit alibi per Ysayam prophetam : Erit propheta inter uos sicut liber reclusus. Et ostendent eum populo et eum populus tanquam reclusum ignorabit. Et eum eciam ostendent sapientibus et eiusdem litteras ignorabunt⁵⁶⁷. Ergo, o Hebre miserrime, si tu hec intelligere non uales, non est mirum, quia cordis oculos⁵⁶⁸ et intelligencie habes excecatos.

139 (§15) « Sed si⁵⁶⁹ tu dicis quod Christus non uenerit, proba tibi per prophetam Ezechielem quod aduentus⁵⁷⁰ Christi habebat Israel lauare aqua munda, † et corde⁵⁷¹ nequiens eos reddere depuratos ydolis et sordiora dare eorundem cordibus in humanis rebus †. Et si tu dicis quod Christus non uenit, tu plenus es sordibus et ydola adoras. Et quos talis⁵⁷² occupat excecacio et nequicia, corpore et anima condempnantur.

140 (§16) « Et dico⁵⁷³ quod Deus dixit per Ysayam prophetam : Tene librum occultum, meis discipulis reseruatum⁵⁷⁴. Nonne uides, Hebre miserrime, quali modo⁵⁷⁵ occultauit Deus discipulis suis ? Et ego proba quod lex occulta remansit usque ad istos discipulos, et isti discipuli fuerunt Apostoli Ihesu Christi, et ego sum Israel, discipulus discipulorum istorum Christi, qui sunt Apostoli, et isti instruxerunt me et me baptismo⁵⁷⁶ regenerari ipsi Apostoli preceperunt. Et postquam fui sacro baptismo regeneratus, fuit mihi splendor sapiencie et

intellectus absque alicuius sordis nequicia et excecacionis, et intellexi primum aduentum Christi Ihesu.

141 (§17) « Et tibi⁵⁷⁷ eundem recitabo, iterum referens eiusdem natiuitatem iuxta Ysayam prophetam dicentem : Ecce uirgo concipiet... etc.⁵⁷⁸, Puer natus est nobis... etc.⁵⁷⁹ Et Syon dicit Dauid⁵⁸⁰ : Homo natus est in ea, et ipse fundauit eam Altissimus⁵⁸¹, et : Tu Bethlem, terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda. Ex te exiet dux qui regat... etc.⁵⁸²

142 (§18) « Et de passione⁵⁸³ Christi dicit Ysa<ias>⁵⁸⁴ : Et cum sceleratis deputatus est⁵⁸⁵. Dixit Jeremias : Est Syon sicut auis que uolat. Et, o tu, domus Ierusalem, considera dolorem et tristitiam qui uenit in te, quia saluator tuus capietur et occidetur, et resurget inimicos iudicare⁵⁸⁶. Et dixit Amos⁵⁸⁷ propheta qualiter Christus uenderetur ; et Zacha<rias>⁵⁸⁸, qualiter⁵⁸⁹ super asinam uenturus fuerat. Et tu dicis quod, quando Christus ueniet, populos interficiet. Et dico quod homo super asinam qui erat uenturus, uenit mansuetus nec alicui uiolenciam illaturus. Et quare, miserrime, prae actenus intellexisti.

143 (§19) « Audi⁵⁹⁰ quid dicat Daniel malis interpretatoribus : Adibe mentem et intellige uisionem : LXX^{ae} ebdomade abreuiabuntur super populum tuum et super ciuitatem Ierusalem sanctam, et auferetur Vnctus, et delictum succedet iusticie, et complebitur propheta et uisio, et Vnctus, Sanctus sanctorum... etc.⁵⁹¹, usque ad LXX^a ebdomadas Christus occidetur, et ueniet unus princeps et destruet Ierusalem et eius sanctuaria, et erit eiusdem euersio perennalis⁵⁹².

144 (§20) « Et dico⁵⁹³ tibi quod hoc completum est, quod dixit Daniel : quod LXX^a ebdomade complete sunt, et uendidit uos Tytus, XXX^a uestrum uno denario, et fecit quatuor cisternas et degladiauit capita uestrorum, et impleuit cisternas. Et uoluit radicitus gladiare, sed audiuit uocem de celo quod aliquos eorum pro signo dimiteret. Et postquam hec audiuit, rex mandauit fieri IIII^{or} naues et accepit omnes iuuenes residentes et misit eos in naues illas absque remigio et absque alicuius <uictus>⁵⁹⁴ sustentamento. Et dixit rex : ‘Ego mito eos in mare tali uoluntate : quod si Deus uoluerit eos condempnare, ibidem condempnet ; et si Deus uoluerit eos saluos fieri, eos ad portum deducat’. Et fuit hec propheta regi, quod ipsi⁵⁹⁵ remanserunt in IIII^{or} partibus mundi causa signi et derrisionis et memoria⁵⁹⁶ passionis Filii Dei.

145 (§21) « Et dico⁵⁹⁷ tibi quod Tytus nullam tunc misit mulierem in naues illas, et illi ab illo periculo euaserunt et duxerunt mulieres ex gentilibus, ydola adorantibus, quoniam omnes erant gentiles et ydola adorabant. Et hec contra legem fecerunt. Vnde uolo probare tibi quod non estis semen Israel. Et si tu dicis quod habeatis potestatem eas conuertere Iudeas, falsum est, nam ipse erant domine uestre.

146 (§22) « O Hebreo⁵⁹⁸ miserrime, male intelligis, quod dicis quod Christus nondum uenit, iste ebdomade LXX^a nondum implete sunt⁵⁹⁹ et alter Tytus, qui uos destruat, est uenturus.

17. De probando ii^o aduentu Christi et qualiter est uenturus

147 (§1) « Ego⁶⁰⁰ dixi tibi de primo aduentu Christi qualiter debebat nasci et debebat uendi et debebat subire patibulum. Nunc tibi exponam de II^o aduentu qualiter est uenturus, nam illi qui primo aduentu noluerunt credere, non erunt participes secundi⁶⁰¹.

148 (§2) « Vnde⁶⁰² dicit Dauid propheta de II^o aduentu : Ignis preibit eum copiosus et fulgur et tremor, et totus orbis ab ortu solis usque ad occasum, eciam omnes gentes contremiscent⁶⁰³.

149 (§3) « Et dicit⁶⁰⁴ Ysa<ias>⁶⁰⁵ de aduentu II^o : Quando ueniet Dominus, apparebit Dominus ante seruos et iram suam confer<e>t⁶⁰⁶ inimicis, quia Dominus ueniet cum flammis igneis, illis comburens ipsum contradicentis⁶⁰⁷, et eos ignibus cruciabit, lancea sua et gladio eos interficiet⁶⁰⁸.

150 (§4) « Et dicit⁶⁰⁹ Malachias de aduentu II^o : Ecce dies uenient, dicit Dominus, et accendetur ira mea sicut caminus econtra malefactores, et erunt tamquam palea. Et ardebit ira mea, dicit Dominus fortis, nec in eisdem remanebit radix nec germen. Et tegebit eos, qui de me timorem habuerunt, sol iusticie et salutis et exultacionis. Sicut uituli paruuli exultabuntur et

gratulabuntur. Et erunt nequissimi⁶¹⁰ eieci tanquam puluis sub pedibus concassatus, quando complebitur⁶¹¹ factum suum, dicit Dominus fortis⁶¹².

151 (§5) « Et dicit⁶¹³ Daniel : Vidi in uisione Filium Hominis uenientem in nubibus celi et sedentem circa Creatorem, qui suscepit imperium a Creatore omnium rerum. Et omnes gentes seruiunt ei et regnum eius fine carebit⁶¹⁴.

152 (§6) « Audi⁶¹⁵, Hebreo miserrime, de II^o aduentu qualiter ueniet iudicare uiuos et mortuos, et qui in primo credere noluerunt, non in secundo participes erunt, † nec illi confugerint⁶¹⁶ Antichristum ; et qui usque ad aduentum Christi occultabunt⁶¹⁷, salui erunt †.

153 (§7) « Et ideo⁶¹⁸ <dixi>⁶¹⁹ superius quod Israel erant duo populi, scilicet unus bonus et alius malus. Et ita dico de gentilibus quod sint duo populi, scilicet primus bonus, cui Deus promisit bonum, et alius malus, cui Deus promisit malum.

154 (§8) « Et uolo⁶²⁰ tibi probare illud bonum quod promisit Deus bonis gentilibus. De bonis dicit Ysa<ias>⁶²¹ : Omnes sicientes uenite ad aquas⁶²², et : Ego instituo Dauid ducem ac preceptorem gentilibus, qui ipsos instrueret ac doceret in diuinis, et current ad ipsum aliqui qui ipsum ignorabant⁶²³.

155 (§9) « Et dixit⁶²⁴ Moyses⁶²⁵ populo Israelitico : Erit gens credens capiti, uos autem caude⁶²⁶.

156 (§10) « Nonne⁶²⁷ uides quod gentiles credentes in Christo in capite sunt, et tu in cauda, et facti sunt Israel credendo ?

157 (§11) « Et alibi⁶²⁸ dixit bonis gentilibus Malachias : Non est consilium in uobis, dicit Dominus Deus fortis. Ab ortu solis usque in Occidente<m>⁶²⁹ est Nomen meum gloriosum. Ante <eum>⁶³⁰ omnes gentes facient sacrificium mundum⁶³¹.

158 (§12) « Nonne⁶³² uides quod promisit Deus gentilibus facere sacrificium mundum ? Aborr<u>e<r>at⁶³³ igitur⁶³⁴ sacrificium primum ex lege Moysi.

159 (§13) « Et dicit⁶³⁵ alibi Ysayas : Iste est Filius meus, quem elegi. Et misi spiritum meum in ipso ut dicat ueritatem gentilibus. Et omnes prouincie expectabant legem eius⁶³⁶. Et dixit alibi Ysa<ias>⁶³⁷ : Audite, populi mei, nam a me exiet lex et meum preceptum erit lumen gentilibus⁶³⁸.

160 (§14) « Et dicit⁶³⁹ Jeremias : Ad te uenient omnes gentes et dicent tibi : Veritas est quod patres nostri⁶⁴⁰ adorauerunt ydola et fecerunt deos et non erant dii. Et Ego diuulgabo manum meam super eos et cognoscent Nomen meum gloriosum⁶⁴¹. Et dixit alibi Jeremias : In die illa adorabunt gentiles Ierusalem et nominabunt eam ‘Solum Domini’ et non perseuerabunt in stulticia sua⁶⁴².

161 (§15) « Et dicit⁶⁴³ Salomon postquam peregit templum : Domine Deus, ante te deprecor ut, quotquot de gentilibus uenerint adorare Nomen tuum in hac domo, Tu eos libenter exaudias⁶⁴⁴.

162 (§16) « Et dicit⁶⁴⁵ Esdras : Deus intrabit in cor gentilium, et dicent gentiles : Ad nos pertineret domum hanc fabricare magis quam ad uos⁶⁴⁶.

163 (§17) « Plura⁶⁴⁷ bona possumus notare que promisit Deus gentilibus, sicut per ista pauca quamplurima intelliguntur.

164 (§18) « O Hebreo⁶⁴⁸ miserrime, tu dicis quod Deus numquam promisit bonum nisi filiis Israel ! Certe mentiris, quia promisit Deus Israel bonum et malum, scilicet bonum bonis et malis malum. Et sicut promisit in Israel malis [malis]⁶⁴⁹ malum et bonis bonum, ita promisit in gentilibus bonis bonum et malis malum.

165 (§19) « Audi⁶⁵⁰ quid dicit Deus per Dauid prophetam : Infunde iram tuam in gentes que te... etc.⁶⁵¹

166 (§20) « Et dicit⁶⁵² propheta Miche<as>⁶⁵³ : Infunde iram tuam in gentem que me non audient⁶⁵⁴.

167 (§21) « Et dicit⁶⁵⁵ Abdias : Erit domus Iacob ignis, et domus Ioseph flamma, et domus Esau palea, et non remanebit radix de domo Esau... etc.⁶⁵⁶

168 (§22) « O Hebre⁶⁵⁷ miserrime, iam audisti uituperia que⁶⁵⁸ dicit Deus de prauis gentilibus. Tu dicis, disputando et probando per Abdiam prophetam, quod erit domus Iacob ignis et domus Jo<seph>⁶⁵⁹ flamma et domus Esau palea, et non remanebit radix de domo Esau⁶⁶⁰, tamen Deus non fuit loquutus nisi de malis, quoniam aliqui eorum fuerunt boni.

18. Quare Dominus ab Adam precepit carnes comedere et non precepit comedere usque ad Noe, et de Noe ad Moysen, et ea que Moyses mandauit in lege, fuerunt dicta figuratiue et debebant duci ad figuratum per Filium Dei et Apostolos suos

169 (§1) « In principio⁶⁶¹ creauit Deus celum et terram... etc.⁶⁶², usque et uidit Deus quod erat bonum, et creauit omnia animalia, et reptilia terre et aeris uola<tilia>⁶⁶³, et fructus terre et pisces maris. Et uidit Deus... etc.⁶⁶⁴

170 (§2) « O Hebre⁶⁶⁵ miserrime, narrabo tibi a principio mundi quare Deus precepit carnes comedere et prohibuit eas non comedere. Et dico tibi quod fuerunt duo milia anni et CC^{ti}. XL^a. duo ab Adam usque ad Noe, in quibus non debent comedere carnes gentes, nec bibere uinum. Et postquam Noe⁶⁶⁶ exiit archam, mandauit Deus Noe quod decollaret carnes quascumque uellet et comederet. Nonne uides, o Hebre, quod Deus non prohibuit Noe quin comederet eas ? Et hec fuit absolucio carnum a Noe usque ad Abraam, et ab Abraam usque ad Moysen.

171 (§3) « Et dicam⁶⁶⁷ tibi quare prohibuit eas Moyses ex mandato Dei, quod absolutum erat Noe et Abrae et Ysaac et Iacob et Io<seph>⁶⁶⁸ precedentibus. Et hoc non sine causa fuit, scilicet quod Moyses⁶⁶⁹ proibuit carnes porcinas et acebras et lepores et alias carnes multas quas enumerare nolumus, et prohibuit eciam multa piscamina et multa uolatilia. Et hec fuit causa : quia gentiles adorabant ydola harum figura<rum>⁶⁷⁰ existencia. Et alia causa fuit : ne populus his animalibus factis suis similis esset.

172 (§4) « Et omnia⁶⁷¹ ista non intellexerunt filii Israel usquequo uenit Sapiencia Dei et incarnauit in Virgine. Et dicit Sapiencia Dei : Non ueni legem soluere, sed adimplere⁶⁷². Ergo quidquid expleri debebat, iniunctum erat. Et hoc est quod dictum est in Euangelio, quod tu non intelligis nec credis. Sed intellexerunt hoc uerbum, quod dixit Ihesus Christus † Apostolis †⁶⁷³ et exposuerunt omnia predicta, gracia Dei et Spiritus Sancti adiuuante, per totum mundum. Et fecerunt seu dederunt intelligi quod, quidquid Moyses dixerat mystice, dixerat et allegorice.

173 (§5) « Et dabo⁶⁷⁴ tibi testimonium prophetarum post Moysen ueniencium quod lex non posset intelligi nisi per manus Apostolorum. Vnde dicit Joel propheta : Senes uestri sompnia sompniabunt et iuuenes... etc.⁶⁷⁵ Et sic exponuntur : nonne uides quod [uides quod]⁶⁷⁶ iuuenes prefati fuerunt Apostoli, qui exposuerunt uerba prophetarum, que erant quasi occulta, et intellexerunt ?

174 (§6) « Et dicit⁶⁷⁷ alibi Ysaia : Claude testimonium et legem... etc., usque ad discipulos meos⁶⁷⁸. Et isti sunt illi discipuli, qui fuerunt Apostoli, qui eam nobis explanauerunt et eam nos docuerunt, et nos sumus graciā Dei consecuti intellegendo eam legem, et tu incurristi iram et hodium eiusdem in sempiternum.

19. De carnibus porcinis comedendis

175 (§1) « O Hebre⁶⁷⁹ miserrime, tu disputas per uerba Ysaie, qui dicit quod comedentibus carnes porcinas in uasis suis dicitur : Discedite a me, quod uenenosi estis !⁶⁸⁰ Et alibi dicit Ysaia quod, comedentes⁶⁸¹ carnes porcinas et carnes prohibitas et mures, abscidet eos Deus. Et dico tibi, o Hebre, quod patres tui comedere carnes contra prohibitionem eisdem factam. Et propter hoc exprobauit eis Ysayas hoc uerbum, nam ipsi preuaricauerunt preceptum Dei, comedentes carnes illas, cum illis eas prohibuisset.

176 (§2) « Et tu⁶⁸², Hebre miserrime, disputas per hoc uerbum Ysa<ie>⁶⁸³ cum Christianis comedentibus carnes porcinas, quod abscidantur a Deo. Et dico tibi quod nos carnes comedimus caisser⁶⁸⁴, quod sonat absolute carnes et limpide comedere, et sumus Israelite

- comedendo eas, quia nobis promisit Deus per Ieremiam prophetam, qui dixit : Faciam uobis testimonium nouum, non secundum illud quod dedi patribus uestris, cum eos extraxi de terra Egypti⁶⁸⁵. Et istud testimonium est alia lex, et in lege ista absolutum est comedere carnes istas.
- 177 (§3) « Et do⁶⁸⁶ tibi testimonium sapientis tui, qui uocabatur Rabi Gamaliel, qui dixit Hebraice in libro suo in expositione carniū, et fuit hoc ante aduentum Christi per decimum annum uerbis Hebraycis : † ‘Lima⁶⁸⁷ nicea chymo hasin. Sahayt hachadoysi bahayec etabaciro listrael’ †, quod sonat : ‘Quare Creator nominat porcum – qui interpretatur : causa⁶⁸⁸ que⁶⁸⁹ uertetur – ?. Benedictum sit nomen Domini qui eum, scilicet porcum, faciet comedere Israel’. Et dicit alibi Rabi Gamaliel : ‘Si aliqua mulier pregnata habuerit desiderium comedere carniū porci in maiori et principali ieiunio, dentur sibi ad plenum comedere’.
- 178 (§4) « Nonne⁶⁹⁰ uides, Hebræe miserrime, quod sapientes uestri preceperunt carnes istas comedere mulieribus pregnantibus, et non sunt iudicate unde esse condempnate ? Nam precipiunt sapientes uestri et hoc non fuit sine causa. Et cum eas prohibuit Moyses, non fuit sine causa. Similiter dico tibi et de Helia⁶⁹¹, qui stabat in ualle habenti lacunam timore regis Acab, et corui afferebant ei panem et carnes quas comedebat. Et nonne uides quod Helias comedebat panes et carnes quas afferebant coru[u]i⁶⁹², et erant uenenati⁶⁹³ ? Et hoc⁶⁹⁴ non fuit sine causa.

20. Qualiter Iudei debent baptizari baptismo catholico

- 179 (§1) « Nunc⁶⁹⁵ ego oppono tibi, o Hebræe miserrime, quod Deus promisit Israel per prophetas suos aquas baptismi. Et dicam tibi nunc de una : In die illa colligetis aquas de fontibus saluatoris⁶⁹⁶⁶⁹⁷, dicit Dominus. Et ego dico quod fons iste est baptismus, sicut dicit Ysa<ias>⁶⁹⁸ : Omnes scientes uenite... etc.⁶⁹⁹ Et aqua, quam dat⁷⁰⁰ Creator non habentibus precium, est fides⁷⁰¹ cum baptismo.
- 180 (§2) « Et alibi⁷⁰² dicit Ezechiel⁷⁰³ : Aspergam super uos aquam limpidam et mundabimini a sordibus uestris... etc.⁷⁰⁴
- 181 (§3) « Et alibi⁷⁰⁵ dicit Deus per Zachariam prophetam : Exiet aqua ab Ierusalem continens⁷⁰⁶ spiritum uite⁷⁰⁷.
- 182 (§4) « Et tu⁷⁰⁸ non intelligis has aquas, sed exponam eas tibi secundum discipulos Christi. Et iste aque sunt baptismus et penitentia et confessio date omnibus confitentibus legem Christi. Et quia non cognoscis has aquas et non recipis, incurris iram Dei et maledictionem.

21. Arguit Braulius Iudeos qualiter eucharistia corporis Christi figurata fuit in lege Mosayca

- 183 (§1) « Et tu⁷⁰⁹, Hebræe miserrime, redarguis Christianos propter sacrificium panis et uini quod faciunt, et probo tibi quod magis acceptabile sit Deo quam tuum. Vnde dicit Deus per Dauid prophetam : Iurauit Dominus et non penitebit eum... etc.⁷¹⁰ Et Melchisedech fecit sacrificium panis et uini et fuit acceptabile Deo.
- 184 (§2) « Et dicit⁷¹¹ Malach<ias>⁷¹² propheta : Non est consilium in uobis. Ab ortu solis usque in Occidentem Nomen meum est magnum et gloriosum apud omnes gentes, que faciunt sacrificium meum⁷¹³.
- 185 (§3) « Tu dicis⁷¹⁴ derisorie et deprehendis nos eo quod facimus sacrificium panis et uini, et dicimus esse corpus Christi, nam dicis impossibile esse quod⁷¹⁵ conuertatur in substantia carnis et sanguinis. Et probo tibi in lege tua quod substantia ignis uersa fuit in aque substantia, et postea uersa fuit in substantia ignis.
- 186 (§4) « Et dico⁷¹⁶ tibi quod filii Israel⁷¹⁷, quando deducti fuerunt de Babilonia in Ierusalem, uenit Neemias sacerdos ad puteum unum, in quo missus fuerat cinis et ignis sacrificii, et hic cinis et ignis fuerunt holocaustum sacerdotum antiquorum, et inuenit ibi aquam crassam. Et dixit populus † hanc †⁷¹⁸ : Aqua est hoc. Et Neemias sacerdos dicit : Hic uideo substantiam aque,

sed credo esse ignem. Et sumpsit aquam et sparsit super holocausta et accensa fuerunt ligna holocausti.

187 (§5) « O tu⁷¹⁹, Hebreo miserrime, uersa fuit aque substantia in ignis substantiam ! Ita possibile est conuerti substantiam panis et vini in substantiam carnis et sanguinis Ihesu Christi. »

22. Celebrata synodo Toleti, unusquisque ad propria est reuersus. Residente Braulione in sede Caesaraugustana in ecclesia Sancte Marie, tunc secta Mahometi orta est

188 Tunc autem ad consequentia reuertatur. Peracta⁷²⁰ synodo, unusquisque ad propriam sedem est reuersus. Beatus autem Braulius reuersus ad Caesaraugustanam urbem. In eadem urbe Caesaraugustana existente, nata est noua heresis de secta Maometi, quondam heresis praua. Contencio cum ipso cum quo orta est, Christo iuuante catholice ueritatis⁷²¹, accriuit⁷²².

23. De sciencia et facundia beati Braulio[io]nis et de uirtutibus et aliis beneficiis naturalibus quibus ipsum Dominus illustrauit

189 (§1) Sermo⁷²³ autem illius non alius fuit apud nos quam mundi huius illecebras et seculi honora relinquenda, ut Dominum Ihesum liberi expeditique⁷²⁴ sequeremur. Prestantissimumque nobis principium illud⁷²⁵ nobis sequendum, illud clamabat imitandum. Beatumque eciam presens seculum tante fidei uirtutisque documento⁷²⁶, cum, secundum⁷²⁷ Domini sententiam, diues et possidens multa, uendendo omnia et dando⁷²⁸ pauperibus, quod erat faciendum impossibile, possibile fecisset exemplo. Largamque⁷²⁹ manum habebat, necessitatem patientibus concurrebat, alienam inopiam suam credebat et tota mentis intencione karitati fraternitatis se exhibere festinabat.

190 (§2) Erat⁷³⁰ enim in prosperis⁷³¹ humilis et in aduersis securus. Sed quando ueniebant boni cum iusticia, erat amicus bonis, contrarius peruersis. Null*>*us⁷³² umquam faciem pro ueritate loquentem premens, misericordie operibus iuxta uirtutem substantie insistens, et tamen insistere eciam contra uirtutem cupiens. Infirmis compaciens, beneuolentibus congaudens, aliena dampna propria deputans, de alienis gaudiis tamquam de propriis exultans, in corrigendis uiciis seuiens, in fouendis uirtutibus auditorum animos demulcens, in ira iudicium sine ira tenens, in tranquillitate autem seueritatis sue summam non deserens.

191 (§3) Iam uero⁷³³ in uerbis et in confabulacionibus eius quanta grauitas, quanta dignitas erat ! Quam alacer, quam efficax, quam in exoluendis Scripturarum questionibus promptus et facilis ! Potens⁷³⁴ ieiuniis, humilitate conspicuus, fide firmus, facilis erat ad bonum opus, monachis sanctis studio uirtutis diuine se equauerat. Qualiter in inicio sue consecracionis, qualem⁷³⁵ se quantumque prestiterit, non est nostrum uerbis euoluere. Idem enim constantissime perseuerabat⁷³⁶, qui prius notus fuerat sua sanctitate. In ipsius corde⁷³⁷ erat ingenii humilitas, nec non in uestitu uilitas erat, atque, ita plenus auctoritatibus diuinis, ut gracia sancte predicacionis implebat episcopi dignitatem, et non tantum propositum habebat monachi, sed ut uictu monachali in aliquo <non>⁷³⁸ differebat. Conabatur⁷³⁹ namque cotidie extra mundum, extra carnem fieri, cuncta fantasmata corporis ab oculis mentis abigere et superna gaudia incorporaliter uidere. Et non solum uocibus, sed medullis cordis, ad Dei speciem anelans, dicebat : Tibi dixi<t>⁷⁴⁰ cor meum... etc.⁷⁴¹

192 (§4) Super corpora beatissimorum martirum et Engracie et aliorum martirum, sanctarum Massarum ecclesiam hedificari fecit et solemnia officia celebrare decreuit. Scripsit⁷⁴² uitam beati Emilliani Tirasonensis archipresbyteri et tenuit cathedram episcopalem in Ecclesia Caesaraugustana annis xxⁱ, temporibus Sisennadi et Sentillanis⁷⁴³ et Tulgani et Suedi⁷⁴⁴ et Sisebuti regum Gotorum. Temperancia uero et prudencia ita erant in eo ut uidelicet contra superbos prudenter astucia serpentis fieret accutus et gracia humili<tati>s⁷⁴⁵ per columbe simplicitatem blandissimus fuit. Humilitatem⁷⁴⁶ seruabat in mente, honorem sui ordinis tenebat in dignitate, quatinus in illo nec humilitas timida nec erectio fieret superba ; et libertatem

uniuscuiusque hominis contra iudicum insolencias liberis nichilominus uocibus defendebat, et, quantum in se erat, omnibus omnino salutare <ali>quid⁷⁴⁷ certabat. Igitur siquidem longum est nimiumque difficile, si helemosinarum eius persequare acciones, hoc eciam assero : quod petentibus ultro distribuit et omnia sibi petentibus hilariter mi<ni>strauit⁷⁴⁸. Tante compassionis sibi gracia circa omnes redundabat, ut alterius infirmitatem in suo corpore tunc sustinuisse, si uelis, aspicias ut Deum sibi proculdubio faceret debitorem, cum in suis infirmis membris sibi compati comprobatur. Verum eciam uniuersi ordinis homines non solum ipse pacienter uisitabat, uerum eciam suscipiebat. Et iam de Braulione dicta sufficiant.

24. *De transitu Fulgentii, qui rexit sedem Cartaginensem xxxiii annis*

193 (§1) Porro Fulgencius in omnibus⁷⁴⁹ suis dictis uel operibus inminentem⁷⁵⁰ future retributionis diem ultimum propendebat, tantoque caucius cuncta cunctorum negocia ponderabat, quanto propincius finem mundi consistere, ruinis crebescentibus, aduertebat. Tantis⁷⁵¹ uero curarum tumultibus pro animarum pariter et prouintie sue custodia grauabatur, ut, in corporis molestias corruens, non solum, <sicut>⁷⁵² proposuerat⁷⁵³, per ordinem capitulis singulis exponens in Sacra Euangelia et in Ysa<iam>⁷⁵⁴ et XII Prophetas et in Genesis et Pentateucum et Regum ministeria minime⁷⁵⁵ pertractauit, uerum eciam hostilibus incursionibus multisque corporis debilitatibus aggrauatis, a studio exposicionis omnino desisteret et ad dies illos peruenisse defleret adque dissolucionis sui corporis totis conatibus flagitaret.

194 (§2) Cotidie⁷⁵⁶ enim in dolore deficiebat et mortis remedium expectando suspirabat et, missa legacione Leandro et Braulione⁷⁵⁷ fratribus suis, cito ei occurrerunt. Tantis⁷⁵⁸ precibus exauditus tandem aliquando diuinitus, postquam sedem Kartaginensem XXIII annis doctrinis pariter ac operibus felicissimus illustrauit, anno etatis sue XL^o sexto et diem⁷⁵⁹ kalendarum Ianuariarum in manus Leandri et Braulionis a carnis corrupcione subtractus est, incorrupcionis gloria sublimandus. Occurrit autem rex Recaredus et Ysidorus frater eius ad eius obsequium, et, in ecclesia impensis officii, ubi diuinitus minister constitutus erat, iuxta altare sancti precursoris Domini Bapstiste Johannis humatus iacet.

25. *Sepulto Fulgencio, Leander et Braulius ad propria reuertentes, Leander in uia spiritum Deo in manibus Braulionis fratris reddidit⁷⁶⁰, et Yspalim a Braulione suo fratre sepultus est*

195 (§1) Porro fratres ad propria reuertentes, cum⁷⁶¹ IIII^o miliario Hispalim aduissent, dolore lateris correptus, ante quam menia urbis aduenisset, Leander in uia defunctus est die Mercurii, quarta feria, tertia die kalendarum Marciarum, et secum gloriam Gotorum sepeliuit. Non⁷⁶² plenus dierum, sed uirtutibus et honore reddidit beatum spiritum suo qui dedit Creatori. Et factus est luctus hominum et desolacio magnatorum nec noc et omnium populorum, et corpore eius in decenti sarcogafo Hispalim collocato a Braulione fratre suo.

196 (§2) Deinde⁷⁶³ ex omnibus partibus regni pontifices et abbates uenerunt, et religiosi et seculares, milites et magnates, humiles et maiores, nec non et multitudo paganorum et Iudeorum, quia sic corda hominum uulnerauit relacio mortis eius, quasi quilibet improuise sagite iaculo feriretur. Sic enim strenuitas, largitas, curialitas, iusticia, sapiencia et modestia eum sibi ab infancia uendicauerat, ut post mortem eius sepulta omnia credantur cum sepulto. Omnes enim non tantum in suis, sed in aliis Hyspanie finibus, efrenatis studiis et laxatis habenis licencie, quo libuit, habierunt⁷⁶⁴ et nichil sibi retinuerunt, cum testimonium pudoris amiserunt⁷⁶⁵. Sepultus est autem⁷⁶⁶ in ecclesia beate Dei genitricis Marie ad dexteram partem altaris. Vnde factum est ut omnis, qui ad eius obsequium uenerat, in dolore Recaredi⁷⁶⁷ fratris sui expleret.

197 (§3) Octauo autem die postquam mortuus est Leander, mortuus est et Recardus frater eius. Qui[a]⁷⁶⁸ cum esset in Toletana urbe causis exigentibus, ussigoto re<ge>⁷⁶⁹ uiuente, se uoluit

cum eo humari. Mortuus est autem anno XV^o regni sui, cum regnasset annis XV, sub era DC^a XL^a III^a. Sepultus iacet Ispalim.

198 (§4) Quo mortuo, successit in regno Luyba⁷⁷⁰ filius eius, et regnauit annis duobus, ignobili quidem matre genitus, sed uirtute indolis insignitus. Que<m>⁷⁷¹ in primo flore adolescencie sue, adsumpta⁷⁷² tyrannide, ignorancia regem deiecit, precisaque dextra occidit, anno etatis XVI^o, regni autem II^o.

199 (§5) Defuncto⁷⁷³ Luyba sub era DC^a XL^a V^a⁷⁷⁴, Vicericus regnum, quod uiuente illo inuaserat, uendicat⁷⁷⁵ annis VII. Vir quidem strenuus in armorum arte, uictorie tamen expers, nam aduersus Romanos milites⁷⁷⁶ bellum molitus, sepius <in>gloriose⁷⁷⁷ gessit, preter quod milites quosdam, producens Segniciam⁷⁷⁸, captos cepit. Hic in uita illicita multa fecit, in morte autem gladio periit, quia gladio fuerat operatus. Mors quippe innocentum multata fuit in illo : inter epulas enim prandii coniuracione⁷⁷⁹ quorundam extitit interfectus. Corpus eius uiliter exportatum atque sepultum.

200 26. Defunto Leandro, successit sibi in archiepiscopatu Yspalensi Ysidorus frater eius, qui multos edidit libros in catholice fidei erudicione

201 (§1) Hoc tempore Ysidorus⁷⁸⁰ fratri Leandro in episcopatu successit. In quo sibi quedam Antiquitas uendicauit, immo nostrum tempus Antiquitatis in ea sciencia<m>⁷⁸¹ ymaginauit. Vir⁷⁸² in omni loquacione genere formatus, ut peritoque sensu[m]⁷⁸³ secundum qualitatem sermonis existeret aptus, congrua uero oportunitate loci incomparabili eloquencia clarus. Iam uero quanta sapientia in eo fuerit, ex eo, diuersi[i]s⁷⁸⁴ studiis et elaboratis opusculis, perfacile⁷⁸⁵ lector prudens intelligere potest. Denique ex hiis, que ad nostram noticiam peruenerunt, ita commemorari oportet.

202 (§2) Edidit⁷⁸⁶ enim libros Diferenciarum duos, in quibus subtili discrecione ea, que⁷⁸⁷ confuso usu proferuntur, sensu discreuit. De amicitia librum unum, in quo, quod quisque liber Sancte⁷⁸⁸ contineat Scripture⁷⁸⁹, breui subnotacione distinxit. De ortu et obitu sanctorum Patrum librum unum, in quorum gestis dignitatem, uitam quoque et mortem illorum atque sepulturam sentenciali breuitate subnotauit. Ad Recaredum fratrem suum De gubernacione regni et tenendo iusticiam librum unum. Ad Leandrum fratrem suum Officiorum libros duos, in quibus origine<m>⁷⁹⁰ officiorum [efficere]⁷⁹¹, quomodo in Ecclesia Dei agatur, interprete stilo, non sine maiorum auctoritate elicuit. Synonimarum libros duos, in quibus ad eleuacionem anime, ad spem percipiende uenie, intercedente exercitacionis racione, erexit. De natura rerum ad Sisebutum regem librum unum, in quo tam de ecclesiasticorum doctrina doctorum, quam eciam de filosoforum indagine, obscura quedam ibi de elementis⁷⁹² absoluit. De numeris librum unum, in quo arithmetica⁷⁹³ † preter omnes Scripturas Ecclesiasticas insertas †⁷⁹⁴ ex parte tetigit⁷⁹⁵ disciplina<m>⁷⁹⁶. De heresibus librum unum, in quo[rum]⁷⁹⁷, maiorum exsequutus⁷⁹⁸ exempla, breuitate, qua potuit, diffusa collegit. Sentenciarum libros tres, quos⁷⁹⁹ floribus ex libris Pape Gregorii in Moralibus declarauit⁸⁰⁰. Cronicorum a principio mundi usque ad tempus suum librum unum, nimia breuitate collectum. Contra Iudeos, postulante Fulgencio fratre suo et Florentina⁸⁰¹ germana sua et de proposito uirgine⁸⁰², duos libros, in quibus fidem catholica<m>⁸⁰³ edidit et ex testimoniis Legis et Prophetarum approbavit. De uiris illustribus librum unum. † Omnes ista Fulgencius. †⁸⁰⁴ Monastice regule librum vnum, qui pro patrie iussu⁸⁰⁵ et inualidorum decentissime temperauit. De origine Gotorum et de regno Sueuorum † <***>⁸⁰⁶ in Genesis et in tocuis Pentateuci hystorice et allegorice elicuit sensu †⁸⁰⁷. Quos, qui legeri[n]t⁸⁰⁸, ueterum⁸⁰⁹ scilicet tract<at>orum⁸¹⁰ multa super talem recognoscet. Etymologiarum codicem nimie magnitudinis, distinctum ab eo titulis, non libris. Quod [quia]⁸¹¹ rogatu fratris sui Braulionis Cesaragustani episcopi [in eo]⁸¹² fecit, quamuis imperfectum reliquerit, et in XX^{ti} libros diuisit.

- 203 (§3) Et fuerunt⁸¹³ XL^a III^{or}. Quod qui⁸¹⁴ post omnium filosoforum et philosophie libros crebra meditatione perlegerit, non ignotus diuinarum humanarumque sciencia merito erit. Sibi⁸¹⁵ redundans omnium sapiencium eloquencia, quecumque⁸¹⁶ fere scire debentur, restricta breuiter collegit. Sunt et alia eiusdem uiri multa opuscula et in Ecclesia Dei multa ornamenta cum instrumenta, que hic colligi longum est.
- 204 (§4) Quod Deus⁸¹⁷ omnipotens post tot defectus Hispanie nouissimis temporibus suscitans, credo, ad restauracionem antiquorum munimenta, ne usquequaque rusticitate ueterasceremus, quasi quedam opposuit destinanda. Cui non inmerito illud philosophi coaptatur : « Positique⁸¹⁸ in nostra urbe peregrinantes errantesque tamquam hospites tui libri qua<si domu>m⁸¹⁹ reduxerunt, ut possimus aliquando permanere quieti et ubi essemus agnoscere. Tu etatem patrie, tu descripciones temporum, tu sacrorum⁸²⁰ iura sacerdotum, tu domesticam⁸²¹ publicam disciplinam, tu regionum, locorum, diuinarum humanarumque rerum nomina, genera, officiorum causas aperuisti ».
- 205 (§5) Iste anno VII²² Sisebuti regis contra Acephalorum heresem magna auctoritate Hispalim in secretario Sancte Matris ecclesie concilium celebrauit atque, per ueridica doctorum testimonia Syrum quendam acephalum episcopum, supradictam heresim uendicantem, cum fratre suo Braulione Cesaraugustano episcopo et uera assercione confirmans⁸²³, eius eloquia condempnauit atque a pristino errore prefatum pontificem diu insequendo perpetualiter liberauit⁸²⁴. Quo uero flumine⁸²⁵ eloquencie et quot⁸²⁶ iaculis diuinarum Scripturarum seu sanctorum Patrum testimoniis Acephalitarum hereses confoderit⁸²⁷, synodalia⁸²⁸ gesta coram eo Hispalim acta declarant, in qua contra Gregorium prefate heresis antistitem eam inseruit ueritatem.
- 206 (§6) Floruit⁸²⁹ autem temporibus Mauricii imperatoris Romanorum et Recaredi regis Gotorum catholicorum usque ad tempora Eraclii imperatoris Romanorum uel eciam Suintille⁸³⁰ regis Gotorum fidelissimi Hispanorum, tanta doctrina prestancior cunctis et prestancior operibus et copiosior caritate⁸³¹. Hec Braulio Cesaraugustano episcopo de eo multa scripsit, et Iohannes sancte Marie Narbonensis qui fuit eius diachonus et prior sancte Marie Maioris Cesaraugustane.
- 207 (§7) Beatus⁸³² uero Ildefonsus Toletane sedis antistes hoc de eodem testatur, dicens quod tante iocunditatis affluentie promeruit copiam in eloquendo, ut ubertas admirata dicendi eo in stuporem uerteret audientes, ex quo audita his⁸³³ que audisset⁸³⁴, non nisi repetita sepius comendaret. Dixit autem ferme⁸³⁵ XL^a. tenens episcopatum.
- 208 (§8) Dum finem⁸³⁶ uite sue, nescio qua sorte, iam prospiceret et, fatigatum corpus egritudine assidua, subtilitate anime futura preuideret, helemosina cotidianis diebus per sex fere menses seu amplius, plus quam erat sollicitus⁸³⁷, pauperibus ab eo est erogata ab ortu solis usque in uesperum. Post hec dum febris in corpore conualesceret⁸³⁸ et cibum deiceret debilitato stomaco, ad confessionem conuolauit et sinceros coepiscopos Iohannem Tyrasonesem et Braulionem Cesaraugustanum et Eparchium archiepiscopum Toletanum adesse precepit.
- 209 (§9) Et dum⁸³⁹ a cella sua ad basilicam sancti Vincencii duceretur, agmina clericorum plebiumque ciuitatis eum cum magno eiulatu susceperunt. Et dum iuxta altaris cancellum in medio poneretur, coram se clericos stare precepit ut accepta penitencia uirorum tantum cerneret presenciam. Et a predictis⁸⁴⁰ episcopis ab uno cilicio⁸⁴¹, ab altero super se precepit cinerem imponi, et expandens manus ad celum dixit : « Tu, Deus, qui nosti corda hominum et publicano, dum percuteret pectus suum, dimitti peccata dignatus es, suscipe hac hora confessionem meam ». His igitur et aliis multis peroratis, corpus et sanguinem Domini cum profundo gemitu cordis suscepit. Deinde ueniam clericorum et laycorum precaba[n]tur⁸⁴², dicens : « Deprecor uos, fratres karissimi, intercedatis pro me, indigno famulo Christi, ut intercessu uestro merear consequi ueniam delictorum ».

- 210 (§10) Et cum magna⁸⁴³ uoce omnes pro eo ueniam postularent, monuit eos karitatem inuicem exhibere, residuum egenis mox dari iussit peccuniam. Interim ab omnibus se obscurari iussit et studuit, dicens : « Si ex toto corde mihi dimiseritis ea que in uos aduersa nunc intuli, dimitet uobis Dominus peccata uestra. Ita ut sacri fontis unda, quam [quarto predicti principis anno, era DC^a LXXXI^a, pridie idus aprilis]⁸⁴⁴ est deuotus populus percepturus, sit uobis in remissione peccatorum, et osculum effusum⁸⁴⁵ inter me et uos [et]⁸⁴⁶ maneat in testimonium futurorum ».
- 211 (§11) Era DC^a LXXXIII^a⁸⁴⁷ † anno Suyntille et Richimeri filii eius †⁸⁴⁸, anno III^o Sisenadi regis [III^o]⁸⁴⁹, apud Toletum Gallie et Hyspanie concilium et synodus celebrata est. LX^a VIII^o episcopis congregatis cum absencium uicariis et palacii senioribus in ecclesia sancte Leocadie uirginis et martiris Christi, asistente adhuc Ysidore Hispalensi archiepiscopo et Braulione Caesaraugustano episcopo, fratre eius et in multis libris iam fulgente[s]⁸⁵⁰ mirifice, de diuersis concilium celebrauerunt. Et fuit sub Iusto, regie ciuitatis primate, et subscribunt Hysidorus Hyspalensis archiepiscopus, Solua⁸⁵¹ Narbonensis archiepiscopus, Julianus Bracharennesis archiepiscopus, Audax Tarrachonensis archiepiscopus, Rimirus uicarius Emertensis et suffraganei eorum. Et fuerunt omnes LX^a. VIII^o. episcopi, et fuit istud quartum concilium Toletanum⁸⁵². Huius⁸⁵³ sancte synodi inter ceteros Braulius Caesaraugustanus episcopus claruit, cuius eloquencia<m>⁸⁵⁴ Roma, urbium mater et domina, per epistolare eloquium est mirata.
- 212 (§12) Era DC^a LXXXIX^a⁸⁵⁵, quintum concilium Toletanum celebratum est, XXIII episcopis congregatis sub Eugenio, urbis regie antistite, ut non solum de rebus mu<n>danis⁸⁵⁶, uerum etiam et de diuinis, multa ignaris mentibus infundendo, illuminaret⁸⁵⁷. Quanta⁸⁵⁸ uero sanctorum congregacio episcoporum cum vicariis absencium episcoporum co<n>sedentibus⁸⁵⁹ et cum senioribus palacii regis Suyntille⁸⁶⁰, qui interesse digni habiti fuerunt concilium, perlustrantibus, aggregati in ecclesia sancte Leo<ca>die⁸⁶¹ uirginis et martiris Christi, Liber canonum gloriose declarat. Huic synodo Bravlius Caesaraugustanus episcopus pre ceteris illustris excellit atque piam doctrinam Christianis mentibus decenter infudit. Cuius et opuscula nunc usque Ecclesia ueneratur. Et in hoc concilio⁸⁶² subscripsit Audax Tarrachonensis archiepiscopus et aliqui de sufraganeis suis et vicarii absencium episcoporum.
- 213 27. LEANDRO, FULGENCIO, YSIDORO, RECAREDO REGE DEFUNCTIS (OMNES DEFUNCTI FUERUNT IN MANIBUS BRAULIONIS), TANDEM IDEM AD CIUITATEM CESARAUGUSTANAM REUERSUS, IN SEDE SUA, IN ECCLESIA SANCTE MARIE MAIORIS, CONGREGATISQUE PLURIBUS EPISCOPIIS IN MANIBUS AUDACIS TARRACONENSIS ARCHIEPISCOPI FELICITER SPIRITUM DEO REDDIDIT
- 214 (§1) Porro cum Braulius ad sedem propriam esset reuersus, anno XXI^o⁸⁶³ imminente cum gloriosissime temporibus Sysanati⁸⁶⁴ et Scutillanis⁸⁶⁵ regum Gotorum et Tulgani⁸⁶⁶ et Suedi⁸⁶⁷ nec non et Sisebuti, regum Gotorum, felicissime gubernasset Ecclesiam, post dies aliquot sequitur incomodum. Quo ingrauescente infirmitate, tota ciuitas Caesaraugustana turbatur, quia accedebat ad transitum qui uocabatur ad gloriam, et fessum a laboribus suis Dominus inuita<ba>t⁸⁶⁸ ad premia. Pagani autem et Iudei, nec non et Sarraceni dicebant : « Cur nos⁸⁶⁹, pater, deseris, aut cui nos desolatos relinquis ? ». Visitancium autem et uigilancium tanta <multitudo>⁸⁷⁰ fuit diebus ac noctibus paganorum, Iudeorum, Christianorum, monachorum et aliorum ordinum, quantum admisit aditus aut domus recepit. Omne tempus⁸⁷¹ usquequo anima egressa est, cum choris psallentibus tenebatur.
- 215 (§2) Transiuit autem die Dominica illuscescente⁸⁷², VI^o kalendarum Aprilis, in manibus Audacis Tarrachonensis archiepiscopi et quorundam episcoporum, et factus est luctus magnus per totam ciuitatem. Sepultus est autem decenter in ecclesia sancte Marie Maioris supra altare sancti Iacobi Apostoli, quod ipse construxerit⁸⁷³.
- 216 Explicit Vita sanctorum Fulgentii episcopi, Herminigildi regis, Braulionis, Hysidori episcopi et Leandri et Recaredi regis. Deo gracias, qui dedit bonum iniciium et finem.
- 217 Explicit.

* Este trabajo se inscribe dentro de las líneas de investigación de los Proyectos HUM2006-05744/FILO (DGICYT) y SA103A05 (JCYL). Siglas :
 Z = Paris, BnF, lat. 2277, s. XIV, fol. 1r^a-30r^a.
Cat. = *Catalogus Codicum Hagiographicorum Latinorum antiquiorum saeculo XVI qui asservantur in Bibliotheca Nationali Parisiensi*, vol. 1, Bruxelles, 1889 (Subsidia Hagiographica, 2), p. 106-108.
Gal. = P. Galindo en C.H. Lynch.-P. Galindo, *San Braulio, obispo de Zaragoza (631-651). Su vida y sus obras*, Madrid, 1950. *Leg.* = *Legenda de ss. Laurentio, Valerio et Vicentio* (BHL 4774, DÍAZ 1354), quae legitur etiam in Z (fol. 30r^b-32v^a).

-
- 1 Leuigildo *scripsi* (*cfr infra cap. 1-3*), Remigildo Z.
 - 2 ANAST. *Vit. Ioh.* prooem. auct. p. 179-180 (= PL 73,339-342).
 - 3 intencio – sedent : ANAST. *Vit. Ioh.* prooem. auct. p. 179 (= PL 73,339-340).
 - 4 memorabilis *scripsi*, memorabilis Z.
 - 5 uite : .i. uitae.
 - 6 Luc. 1,79.
 - 7 locupletantur *scripsi*, locupletat Z.
 - 8 quoniam – meritum (§5) : ANAST. *Vit. Ioh.* prooem. auct. p. 179 (= PL 73,339-340).
 - 9 sicut *scripsi cum fonte*, sed Z.
 - 10 in qua *seclusi*.
 - 11 Matth. 24,12.
 - 12 nam *scripsi*, sed an Z.
 - 13 uitas gestaue *scripsi*, uite gesteque Z.
 - 14 trepidacione *scripsi*, trepidacio Z.
 - 15 lumen *scripsi*, luculorum acie lumen Z.
 - 16 profectui *scripsi*, profecturi Z.
 - 17 huius – intellectus : ANAST. *Vit. Ioh.* prooem. auct. p. 179 (= PL 73,339-340).
 - 18 uite *scripsi cum fonte*, uita Z.
 - 19 obstendendum *scripsi cum fonte*, obstandum Z.
 - 20 angustam – incedere : *cfr* Matth. 7,14.
 - 21 obstruere – iniqua : *cfr* Ps. 62,12.
 - 22 fluxere curricula *scripsi cum Leg. fol. 30r^b* : « Hinc est quod iam tanta temporum fluxere (fluxerunt *Gal. p. 348*) curricula ut obscurata per silencium uix ipsorum temporum agnicio colligatur », fluxeretur rricula Z.
 - 23 iam – minutam : ANAST. *Vit. Ioh.* prooem. auct. p. 179 (= PL 73,339-340).
 - 24 *post* excellentissima *add. dixerunt Gal. (p. 342)*.
 - 25 de horum – philosophia : de hoc admirabili viro et summo sacerdote Ioanne philosophati sunt *legitur in fonte*, de his sanctis patribus philosophati sunt *fortasse corrigendum esset*.
 - 26 *Cfr* Ps. 51,10.
 - 27 multus *scripsi cum fonte*, multos Z.
 - 28 oliue (.i. oliuae) *scripsi cum fonte*, olue Z.
 - 29 ut Dominus – minutam : *cfr* Marc. 12,42 ; Luc. 21,2.
 - 30 non – proficere : ANAST. *Vit. Ioh.* prooem. auct. p. 179-180 (= PL 73,339-340).
 - 31 iusta *scripsi*, iuxta Z.
 - 32 in iudicium – abscondit : *cfr* Matth. 25,24-25.
 - 33 est Z, inest *legitur in fonte*.
 - 34 nobis *scripsi cum fonte*, nolens Z.
 - 35 ydiota – literis : *cfr* Act. 4,13.
 - 36 cultu et *scripsi*, cultum Z.

- 37 prisci : Christi *legit Cat. p. 107.*
- 38 maiorum – niterentur : cfr SALL. *Iug.* 4,5-6.
- 39 erigebant *scripsi cum Leg.fol. 30r^b* « Quondam gentiles seu antiqui homines imagines deorum suorum erigebant, ea uidelicet intencione : ut, eas etatis uenture posteritas intuens, ad uirtutes appetitum glorieque consequencione animi intuencium, ad memoriam gestorum preteritorum, cicius ac memoriter reducerentur. Quanto magis ergo Christianorum deuocio precedencium sanctorum Patrum factum sibi sepius representans in scripturis oportet, ueluti quibusdam speculis, sese preuidendo, ea facta discernendo, ad deuocionem fidelium animi excitentur » (*cfr etiam Gal. p. 348*), exhibebant Z.
- 40 feruentes *scripsi*, ferientes Z.
- 41 Luybe : in Iberia *legit Cat. p. 107.*
- 42 igitur – anumerantur : ISID. *Goth. rec. long.* 47 lin. 14-16 + 48 lin. 1-16 (sed cfr etiam RODER. XIM. *hist.* 2,14 lin. 6-14).
- 43 ipse *scripsi cum fonte*, opem Z.
- 44 nulla potestas *scripsi cum fonte*, nullae potestatis Z.
- 45 cartaginensis *scripsi*, cartaginem Z.
- 46 duxit – gotorum : RODER. XIM. *hist.* 2,14 lin. 14-16.
- 47 Theodorici *scripsi cum fonte*, Theodori Z.
- 48 scilicet *scripsi*, silicet Z.
- 49 Astoricensem : Astigitensem (.i. *Astigitanum*) *fortasse corrigendum esset.*
- 50 scilicet *scripsi*, silicet Z.
- 51 iste – cepit : ISID. *Goth. rec. long.* 49 lin. 1-15 (sed cfr etiam RODER. XIM. *hist.* 2,14 lin. 18-25).
- 52 ab eodem uicta Z, ab eo deuicta *legitur in fonte.*
- 53 est *scripsi cum fonte*, cesserunt Z.
- 54 plurime *scripsi cum fonte*, plurima Z.
- 55 a porte – subiugauit : *cfr Leg. fol. 31v^a* « a portu Aspe usque ad mare Oceanum omnes regiones Yspanie sue submitit dominacioni ».
- 56 Brachanam : .i. Bracharam.
- 57 uiculis *scripsi* (*cfr CHRON. Nai. 2,8 lin. 4-14* : « *Iste... multas ciuitates bello cepit: Luccum, Tudem..., Cinisariam, Alasanco, cum castris, cum uillis, cum uiculis suis* »), uinilis Z.
- 58 xx Z, xv *fortasse corrigendum esset.*
- 59 fiscum – apellauit : ISID. *Goth. rec. long.* 51 lin. 5-11 (cum additamentis ex codd. AMGOL) (cfr etiam RODER. XIM. *hist.* 2,14 lin. 46-51).
- 60 quoque *scripsi cum fonte*, quem Z.
- 61 quam *scripsi cum fonte*, qua Z.
- 62 ISID. *Goth. rec. long.* 51 lin. 5-11 (cum additamentis ex codd. AMGOL) (cfr etiam RODER. XIM. *hist.* 2,14 lin. 46-51).
- 63 sed – uirtutis : ISID. *Goth. rec. long.* 49 lin. 23-24 (cfr etiam RODER. XIM. *hist.* 2,14 lin. 32-33).
- 64 denique – dignitate : RODER. XIM. *hist.* 2,14 lin. 33-41 (cfr etiam ISID. *Goth. rec. long.* 50 lin. 1-13).
- 65 emeritensium *scripsi*, emeritesium Z, emeritensem *legitur in fonte.*
- 66 extitit – relegauit : RODER. XIM. *hist.* 2,14 lin. 43-46 (cfr ISID. *Goth. rec. long.* 51 lin. 1-5 [cum additamentis ex codd. AMGOL]).
- 67 potentissimos *scripsi cum fonte*, potetissimos Z.
- 68 sed – conuersus est : GREG. M. *dial.* 3,31,1.
- 69 quem – auferre : GREG. M. *dial.* 3,31,2.
- 70 sic *scripsi cum fonte*, sit Z.
- 71 uirtutem *scripsi cum fonte*, uirtute Z.
- 72 ualuisset *scripsi cum fonte*, maluisset Z.
- 73 uincolatus *scripsi cum fonte*, inmaculatus id est uincolatus Z (*ubi id est uincolatus glossa est*).
- 74 quanto *scripsi cum fonte*, quando Z.
- 75 superuenienti – securus : GREG. M. *dial.* 3,31,3.

- 76 intempeste : .i. intempestae.
 77 ad *scripsi cum fonte*, at Z.
 78 ad se – despexisse : GREG. M. *dial.* 3,31,4.
 79 infingentes : .i. infingentes.
 80 sed – debuisset : GREG. M. *dial.* 3,31,5.
 81 coepit *scripsi cum fonte*, carpere Z.
 82 audiretur Z, audiri *legitur in fonte*.
 83 fuerunt Z, ferunt *legitur in fonte* (*sed lectio fuerunt legitur etiam in aliquibus fontis codicibus*).
 84 illis Z, illic *legitur in fonte*.
 85 pater – meruit : GREG. M. *dial.* 3,31,6 (lin. 44-48).
 86 filicida : parricida *legitur in fonte*.
 87 quia *seclusi*.
 88 postremum – arthabantur : ISID. *Goth. rec. long.* 49 lin. 17-23 (cfr etiam CHRON. *Nai.* 1,187 lin. 29-32).
 89 suavis : .i. sueuis.
 90 celeritate *scripsi cum fonte*, celebrantem Z.
 91 nam antea *scripsi cum fonte*, diantra Z.
 92 Cfr CHRON. *Nai.* 1,187 lin. 29-32 ; ISID. *Goth. rec. long.* 49 lin. 17-23.
 93 qui – defunctus est : GREG. M. *dial.* 3,31,6 (lin. 48-53).
 94 oborta *scripsi cum fonte*, aborta Z.
 95 post – timeret : GREG. M. *dial.* 3,31,7.
 96 nec – surrexit : GREG. M. *dial.* 3,31,8.
 97 Ioh. 12,24-25.
 98 ita moderate – proficeret : RVFIN. *hist.* 11,19.
 99 contenta : .i. contempta.
 100 fides *scripsi cum fonte*, fide Z.
 101 ita – discipline : RVFIN. *hist.* 11,7.
 102 cunctis *scripsi*, cuntis Z.
 103 in greco – liberalibus : cfr VITA II *Isid.* 1,5.
 104 quo Z, qua *legitur in fonte*.
 105 cum – desudarent : RVFIN. *hist.* 7,32,31.
 106 positi *scripsi*, posita Z.
 107 eloquenciam *scripsi*, eloquencia Z.
 108 summa prudentia *scripsi*, summe prudentie Z.
 109 uidebantur *scripsi*, uidebant Z.
 110 longanimes *scripsi*, longamines Z.
 111 in nulla – benefici : GERARD. *concl. uit. Steph.*, 2 lin. 72-77.
 112 in aduersis – fortissimi : cfr AVG. *serm.* 246,3, p. 296 lin. 42-43 ; GREG. M. *moral. praef.* 2,6 lin. 50-60.
 113 nichil – diffusaret : GERARD. *concl. uit. Steph.*, 2 lin. 77-79.
 114 inuenire *scripsi cum fonte*, inueniri Z.
 115 quid – micabant : GERARD. *concl. uit. Steph.*, 14 lin. 2-4.
 116 quasi – mansuetissimi : Ier. 11,19.
 117 mansuetissimi *scripsi*, masuetissimi Z.
 118 bestias *scripsi*, bestiarum Z.
 119 heresum : .i. heresium.
 120 Luc. 10,3.
 121 uiri Dei – contriuerunt : cfr Eph. 6,13-17.
 122 de manu – multos : Dan. 3,88 ; Os. 13,14.

- 123 quia : quod *Gal. p. 343*.
- 124 leges – resecauit : RODER. XIM. *hist. 2,14 lin. 52-55* (cfr ISID. *Goth. rec. long. 51 lin. 11-15*).
- 125 Enrrico : .i. Eurico.
- 126 et eius *seclusi cum fonte*.
- 127 satis – clarior : PS. AVR. VICT. *epit. 2,3-4*.
- 128 sapienciam *scripsi*, sapiencia Z.
- 129 uultu amabilis – spe longanimis : cfr supra cap. 6,3.
- 130 longanimis *scripsi*, longaminis Z.
- 131 christum *scripsi*, christus Z.
- 132 heresum : .i. heresium.
- 133 iam uero – facilis : SVLP. SEV. *Mart. 25,6*.
- 134 erat – reuocauit : RODER. XIM. *hist. 2,15 lin. 3-10*.
- 135 preditus *scripsi cum fonte*, preditu Z.
- 136 nam *scripsi cum fonte*, iam Z.
- 137 extirpauit : sublimauit *legitur in fonte*.
- 138 egit – rexit : RODER. XIM. *hist. 2,15 lin. 20-32* (sed cfr etiam ISID. *Goth. rec. long. 54 + 55 lin. 1-4*).
- 139 francos – euentu : cfr etiam ISID. *Goth. rec. long. 54 lin. 3-7* (et CRON. *Nai. 1,188 lin. 24-26*).
